**Sanguis ex nare sinistra quibus eruperit**, & quando, ibidem, j. Sect. 3. vers. 161. 164. ij. Sect. 2. versic. 18. iv. vers. 275. vj. Sect. 6. v. 34.  
**per nases cerebro corrupto quando fluat**. Vide, per nases Sanguis.  
**quibus Sanguis per nases erumpat**. Vide Sanguinis e naribus destillatio.  
**Sanguis per nases**, five e naribus erumpens, quibus profuerit, & quibus non, de Morb. Popul. j. Sect. 2. vers. 122. 130. ad 144. 150. 152. 186. 194.  
**Sanguis a naribus detractus si fuerit**, aut a vena frontis, quibus proficit, de Affect. Sect. 1. v. 26.  
**effluens quando abscessus bonus**, de Morb. Pop. ij. Sect. 1. v. 51. Sect. 1. v. 37.  
**si Sanguis e naribus non effluerit**, qui morbus occidat. Coac. Prænotion. Sect. 1. v. 286. 316.  
**Sanguis ex naribus effusus**, five erumpens, surditatem quando solvat, de Jud. v. 137. Aphorism. Sect. 4. vers. 94. Coac. Præn. Sect. 1. v. 322.  
**donec Sanguis a naribus erumpat**, qui inebriari debeat, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 435.  
**quibus Sanguis e naribus erumpit**, hos quando non lavandum, de V. R. A. Sect. 3. vers. 144.  
**si Sanguis e naribus eruperit**, ab abscessu quando liberet, de Humor. v. 204. de Morb. Popul. vj. Sect. 4. vers. 6. de Judic. vers. 122. Aph. Sect. 4. v. 116.  
**quando Sanguis e naribus eruperit nulli**, sed parum stillaverit, de Morb. Popul. j. Sect. 2. v. 175.  
**cui Sanguis e naribus erupit quarta**, & sexta, quando judicata mulier, & cui septima, ibid. iv. v. 217. 220.  
**quando Sanguis ex naribus fluat hominibus**, de Nat. Hom. v. 131.  
**Sanguis e naribus fluere quibus soleat**. Vide Sanguinis e naribus destillatio.  
**quibus Sanguis ex naribus fluit**, hi perniciosi, si quando habeant. Coac. Præn. Sect. 1. v. 396.  
**quando sani esse videantur**, & non sint. Prædict. ij. Sect. 2. v. 252.  
**si Sanguis ex naribus fluxerit**, affectio quæ solvatur, de V. R. A. Sect. 4. v. 12.  
**quibus Sanguis ex naribus fluxerit in febribus quartanis**. Vide, quibus in febribus Quartanis.  
**si Sanguis ex naribus fluxerit**, morbi solutionem, vel longitudinem quando significet. post.



postquam Sanguis ex naribus fluxit in febre continua, qui servantur, vel moriantur. Coac. Præn. Sect. 1. v. 98.

Sanguis ex naribus multus tertia die, item quarta, ac quinta cui fluxerit, de Morb. Pop. iv. v. 100.

quibus Sanguis ex naribus in pueritia & juventute fluere solitus desit, qui morbus fiat. Prædict. ij. Sect. 2. v. 306.

Sanguis e naribus puerperæ quando manet, de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 324.

Sanguis ex naribus quando fluat in cerebri corruptione. Vide, per narces Sanguis. in febribus, de V. R. A. Sect. 4. v. 143.

in volvulo. Vide, a Naribus.

Sanguis e naribus, quatuor heminarum mensura sexta die cui fluxerit, de Morb. Pop. v. vers. 94.

quibus non erumpat, aut parum, ibid. vj. Sect. 2. v. 27.

quibus non eruperit in febribus, aut valde parum, & paucis, ibid. j. Sect. 2. v. 26.

quibus Sanguis ex naribus, aut per sedem vehementer erumpit, medicamenta an danda. Vide Sanguinis eruptiones habentibus.

de naribus sternutatione fiente destillat, quando in septima die solutionem significet. Coac. Præn. Sect. 1. v. 207.

si Sanguis de naribus stillaverit, qui male habeant, ibid. v. 49.

Sanguis ex naribus utriusque erumpere cui ceperit erroneo modo paulatim usque ad iudicationem, de Morb. Pop. j. Sect. 3. v. 147.

si Sanguis circa nervos compactus præ rigore & cibi fastidio fuerit mulieri, quid causet, de Morb. Mul. j. Sect. 1. v. 159.

si velut Sanguis niger subierit, quibus malum, & lethale. Aphor. Sect. 4. vers. 31. 36. Coac. Præn. Sect. 3. v. 335. 349.

Sanguis niger turbatus, ac morbosus ex incisione quibus profluat, & an sanguis nominari iuste mereatur, de Morb. ij. Sect. 1. v. 46.

in omnia unde aberrat, de Alim. v. 72.

ex offe capitis quomodo resiccat, de Cap. Vuln. v. 275.

pallidus, vel niger, venis sectis in morbo regio, quando effluat, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 390.

cum Sanguis paucior in prægnantis corpore sit, quid causet, de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 141.

Sanguis paucissimus, aut copiosior in augmentum pueri quando descendat, de Natur. Puer. v. 147.

Paulatim in uteros a toto corpore prægnantis descendens. Vide Sanguis a toto corpore.

cum Sanguis percaluerit, quid causet, de Morb. j. Sect. 2. v. 182. 258.

perfrigeratus in venis a pituita fuerit, quid accidat, ibid. v. 313.

si Sanguis perfrigeretur, & congeletur, quid accidat, & unde perfrigeretur, de Morb. Sacr. v. 153. 187. de Morb. ij. Sect. 1. v. 93.

Sanguis a pituitæ copia aquosior quando fiat, & qualem colorem habeat, de Affect. Sect. 1. v. 199.

sub plagam quando subtercurrat ex percussione, & quid causet, de Morb. iv. Sect. 5. v. 107.

puerperii purgamentorum qualis sit. Vide, velut Sanguis a victima.

in pulmonis varice quando detrahendus, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 116.

a quibus Sanguis purgatur, quando apponendum & subdendum mulieri, seu potandum, de Nat. Mul. Sect. 1. v. 260. 262. Sect. 2. v. 321. 365. de Morb. Mul. j. Sect. 1. v. 117. ij. Sect. 1. v. 376. Sect. 2. v. 353.

donec Sanguis purgetur ex uteris ulceratis, quid agendum, de Morb. Mul. j. Sect. 3. v. 166.

Sanguis purus quando & unde descendat in fetum, ibid. Sect. 2. v. 139. & quando in fluxu muliebri fluat, ibid. ij. Sect. 1. v. 106.

pus quando fiat in suppuratis, ac uteris, de Natur. Puer. v. 102. de Morb. j. Sect. 1. v. 239.

Sanguis ac pus per vesicam in venarum cavarum morbo quando prodeat, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 439.

ex uteris quando purgetur, de Morb. Mul. j. Sect. 3. v. 89. 130. 157.

Sanguis quid, de Alim. v. 81.

ubi Sanguis quinque aut sex menses in uteris moram trahit, quid patiat, & causet, de Nat. Puer. v. 101.

si Sanguis recens appareat, & doleat inum ventrem a coitu, quid agendum, de Ster. vers. 480.

Sanguis refrigeratus qualis fiat. Vide, donec Sanguis calidus.

rubores in lateribus in morbo crasso quomodo excitet, de Intern. Affect. Sect. 3. v. 186.

a Sauciata parte quando effluat, de Nat. Homin. v. 86.

si Sanguis serofus fluat, ablata cucurbita, quid agendum, de Ulc. v. 266.

Sanguis serofus vel tenuis, in quibus, de Morb. Pop. vj. Sect. 2. v. 68. 71.

Sanguis e sinistra nare. Vide Sanguis ex nare.

Sanguis solum an sit homo, de Natur. Homin. v. 22. 33.

in somno quo fugiat, de Morb. Pop. vj. Sect. 5. v. 34.

sponte sua manans quibus opituletur. Præd. ij. Sect. 2. v. 203.

quando Sanguis frigidat velut pellis, pulmone ad latus prolapsa, de Morb. ij. Sect. 3. v. 168.

Sanguis cum sudore cui penetraverit, aut sua sponte, non secta vena, de Morb. Pop. ij. Sect. 2. v. 67.

fursum ac deorsum cui prodierit, & bilis, alvo & intestino ulceratis, ibid. v. v. 143.

fursum quidem qualiscunque fuerit, malum, deorsum vero, bonum. Aphor. Sect. 4. v. 38.

Sanguis tenuis, abunde eliquefcens, quando malum. Coac. Præn. Sect. 3. v. 403.

animalium qualium sit, de Diet. ij. v. 173.

ex oculis puerperæ quando fluat, de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 323.

pelliculis plenus ex uteris quando procedat, de Nat. Mul. Sect. 1. v. 124. de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 439.

Sanguis in tibus ac pedes torporem quando inducat, & quando & quomodo in se ipsum revertatur, de Virg. Morb. v. 18. 20.

a toto corpore mulieris prægnantis quantus descendat, & quomodo pelliculam circumflet, & per illam trahatur, futuro animali augmentum præbens, de Natur. Puer. v. 69. 78. de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 29.

e vena effusus, quando putrescat, & suppuretur, de Morb. j. Sect. 2. v. 48. 101.

si Sanguis ex vena fluit. Vide, si ex vena.

Sanguis e venis effusus in contusionibus, recrudescit



- scientiæ quando sit signum, vel non. Vide, si Sanguine effuso.
- si Sanguis in ventrem, seu ventriculum superum ex vulnere effluxerit, an suppuretur, de Morb. j. Sect. 1. v. 68. Aphor. Sect. 6. v. 24.
- velut Sanguis a victima quando procedant purpuræ purgamenta, & fluxus muliebres, de Natur. Puer. v. 156. de Morb. Mul. j. Sect. 3. v. 327. ij. Sect. 1. v. 73.
- Sanguis cum urina in venarum cavarum morbo quando prodeat, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 430.
- si Sanguis ex uteris fluat, quid agendum, de Natur. Mul. Sect. 2. v. 92.
- Sanguis in uteros quando confluat virginibus, & quid faciat cum exitum non habeat, de Virg. Morb. v. 12. 15.
- utilis, & nocivus qui, de Alim. v. 84.
- in vulneribus concurrat, ideo quid agendum, de Morb. Pop. vj. Sect. 5. v. 17.
- Sani brevissimo tempore evasuri, quæ signa habeant, de Jud. v. 13. Præn. v. 321.
- quæ Sani in cibo solent accipere, ægrotis assumentibus utile non esse, de Veter. Med. v. 39.
- Sani corporibus, & sapientes homines qui sint, de Diet. j. v. 483.
- ex diæta quomodo fiant homines, de Salubr. Diet. v. 33.
- morbosius, vel salubrius qui sint, de Morb. Pop. vj. Sect. 6. v. 32. Aphor. Sect. 6. v. 3.
- omni tempore qui perseverent, de Diet. j. v. 378.
- ex quilibet degamus, de Morb. Pop. vj. Sect. 8. v. 50.
- sponte sua qui fiant quinto, & quadagesimo die, seu quadagesimo, & qui anno finito, de Nat. Homin. v. 260.
- Saniores capite qui sint. Vide Capite.
- Saniores, & morbosiores qui sint, de Alim. v. 63. ad 67.
- quæ Sanis commoda sunt, ea ægrotis exhibita fortiora esse, & propterea detrahendum de ipsorum vigore, de Affect. Sect. 2. v. 299.
- Sanis & debilibus quæ carnes convenient, ibid. v. 227.
- quibus Sanis dolores derepente oboriuntur in capite, & statim voce privantur, ac stertunt, in septem diebus quando pereant, de Morb. ij. Sect. 1. v. 66. 273. de Jud. v. 152. Aph. Sect. 6. v. 63.
- hyme circa lumbos frigiditas, & gravitas ex levi causa, & alvus suppressa, superno ventriculo probe officium suum præstante, his quid contingat. Coac. Præn. Sect. 3. v. 71.
- in Sanis periculosus, valde tenuis, & constitutus ac exactus victus cur sit. Aphor. Sect. 1. v. 23.
- Sanis ad securitatem quid plurimum conferat, de V. R. A. Sect. 1. v. 62.
- si Sanguis victus tales, aut tales multum differre videntur, multo magis in morbis differre, ibid. Sect. 2. v. 53.
- Sanissimæ naturæ. Vide Naturæ vivacissimæ.
- Sano non auxiliari transmutationem ex præsentis statu, verum ægroti, de Loc. Homin. Sect. 2. v. 170.
- diætam transmutare quando conducat, de Infomn. v. 139.
- in exemplum uri ad non sanum, & non sano ad sanum quando oporteat, de Art. Sect. 1. v. 168.
- siccum proprius esse, & humidum non sano, de Ulc. v. 2.
- Sano viro debilitatem in somnis quid significet, de Infomn. v. 138.
- Sanorum curam gerendum cur sit. Præc. v. 57.
- ad Sanorum diætam ægrotorum diætâ comparata, quid inveniatur, de Ver. Med. v. 109.
- Sanorum diætâ ac alimoniam inventam non fuisse censendum, si suffecisset homini idem cibus ac potus, qui bovi, equo, & ceteris, ibid. v. 40.
- in Sanorum hominum victu quæ conferant, addiscere oportere, de V. R. A. Sect. 2. vers. 53.
- Sanorum victu si utatur morbo aliquo laborans, qualiter lædatur, de Vet. Med. v. 112. ad 118.
- Sanos facere omnes ægrotos, impossibile esse. Præn. v. 7.
- Sanos futuros homines, & morituros tum brevi tempore, tum longiore, unde conjectandum. Præn. ij. Sect. 1. v. 22.
- quibus quod Sanum est, relinquatur, causa deorsum submissa, his quid agendum, de Morb. Pop. vj. Sect. 6. v. 26.
- quod Sanum est, siccum esse, ulcus vero humidum, de Ulc. v. 3.
- ut Sanum facias id, quod ægrotat, plurimi facere in arte oportere, de Artic. Sect. 4. vers. 319.
- qui Sanus est, nullum discrimen faciat in usu aquarum, de Aer. & Loc. Sect. 1. v. 164.
- Sanus homo cur & quando sit, & si ægrotat, sanus evadat, de Nat. Homin. v. 60. de Salubr. Diet. v. 23. de Morb. iv. Sect. 1. v. 222. 332.
- Sanus peripneumonius quando fiat, de Morb. ij. Sect. 2. v. 259. iij. v. 205.
- Sanus victu ferino si utatur, qualiter lædatur, de Vet. Med. v. 114.
- Sanie quod cavum est, quando impleatur. Ars, v. 164.
- Saniem cruentam educere potens. Vide Cruenta omnia.
- Saniem nigram remittentes putredines, quales sint. Præc. ij. Sect. 1. v. 287.
- Saniem quæ diffundant, de Nat. Mul. Sect. 1. v. 265.
- Saniem subcruentam, purgatorium quale ducat, de Morb. Mul. j. Sect. 4. v. 243. 251.
- quando mingat pleuriticus ex dorso, de Morb. iij. v. 267.
- Sanies consideranda, de Alim. v. 40.
- Sanies in cute quando subnascerentur, & dum intro concipiebantur, calefcerent, & pruritum inducerent, de Morb. Pop. ij. Sect. 1. v. 3.
- Sanies malecolens ex pudendo quando fluat, uteris ulceratis, de Strer. v. 27.
- Sanies in ossibus quæ prodat. Ars, v. 175.
- ne Sanies in ossis capitis scissuram influens membranam cerebri putrefaciat, quid agendum, de Loc. Homin. Sect. 2. v. 139.
- Sanies pauca ex ulcere capitis quando fluat, de Cap. Vuln. v. 308.
- Sanies qualis, & cur eam augeat autumnus, & dies post æquinoctium, de Homin. Struct. v. 72. 112.
- velut Sanies serosa a carnibus assatis mictio cruenta. Vide Mictio cruenta.
- Sanies serosa ex uteris ulceratis quando fluat, de Morb. Mul. j. Sect. 3. v. 130.



subcruenta ex carcinomate per mammam seu papillam cui fuerit, de Morb. Pop. v. verf. 501. vij. Sect. 2. v. 482.  
 subcruenta maleolens cui subiret filiolo, ibid. vij. Sect. 2. v. 117.  
 tenuis, serosa, subpallida, groveolens, lethalis, ex osse capitis cui egressa, ibid. Sect. 1. v. 377.  
 viscosa, ac glutinosa ex cubito quando exprimitur, ibid. v. v. 371. vij. Sect. 2. v. 170.  
 ubi Sanies in ulcere resiccata inerit, & sanies computrefaciens ab ulcere defluens foras prodire prohibetur, quid causet, de Loc. Hom. Sect. 2. v. 120. ad 124.  
 velut Sanies ex uteris quando prodeat, de Morb. Mul. j. Sect. 1. v. 264.  
 quod Saniosa ducat subditio, quando & qualia opus sit, osculo uterorum concluso ac duro, de Ster. v. 394.  
 Saniosos humores ex uteris quid ducat. Vide Humores serosos.  
 Sanitas a laboribus, & cibis quando fiat, de Diet. iij. v. 123.  
 ex quibus, & quomodo contingat, de Septim. Part. v. 88. de Morb. iv. Sect. 1. v. 238.  
 quod Sanitas res pretiosissima sit, quem nosse conveniat, de Salubr. Diet. v. 115. de Affect. Sect. 1. v. 2.  
 Sanitate praesente, augescere intelligentiam, cujus providentiam habere quos honestum sit. Epist. 23. v. 5.  
 Sanitatem acceptum ferre arti quomodo conentur aegroti. Ars, v. 53.  
 ad Sanitatem aegrotantibus quid plurimum, de conferat, de V. R. A. Sect. 1. v. 61.  
 alia aliis cur praesent, ex his, quae eduntur, & bibuntur, de Morb. iv. Sect. 1. v. 26.  
 Sanitatem assequi ex aquae potu qui maxime possit, de Aer. & Loc. Sect. 1. v. 166.  
 corporibus qui venti, & quando exhibeant, de Diet. ij. v. 60.  
 ad Sanitatem hominis inventum, medicinam esse, de Vet. Med. v. 64.  
 partem plurimam conferre aquas, de Aer. & Loc. Sect. 1. v. 122.  
 Sanitatem perfectam oculi quando indicent, de Dieb. Jud. v. 24.  
 ad Sanitatem quae cibaria, potus, & obsonia magis vel minus faciant, & quae optima sint, de Affect. Sect. 2. v. 179. 292.  
 Sanitatem quae somnia significant, de Insomn. v. 25. 39. 86. 96. 104. 108. 116. 120. 139. 156. 162. 164.  
 ad Sanitatem securior victus cibi & potus qui sit, de V. R. A. Sect. 2. v. 57.  
 Sanitates multae quando fiant pueris, de Septim. Part. v. 130.  
 Sanitati commodus locus. Prae. v. 139.  
 restitui aliquos medicina curatos, verum non omnes. Ars, v. 43.  
 restitutos se esse per Medici probitatem qui gloriantur. Vide Medici probitate.  
 Sanitatis acutorum morborum praedictiones omnino tutas non esse. Aphorism. Sect. 2. verf. 23.  
 Sanitatis gratia aegrotum curam gerere laudabile esse. Prae. v. 57.  
 Sanitatis, & morbi signa. Vide Morbi, & Sanitatis.  
 Sanitatis pater Hippocrates. Epist. 2. v. 22.  
 providentiam habere quos honestum sit. Vide Sanitate praesente.

securitatem quid significet, de Morb. Popul. j. Sect. 2. v. 90.  
 signa cum quibus eadem sint, de Jud. v. 2.  
 tempore ea, quae laedere possunt, cavere nos debere, quid testificet in imaginibus Hippocratis. Vita, v. 58.  
 Sapae, sive vini scire facultates, de Diet. ij. v. 259.  
 Sapae usus, si genituram non suscipit uterus, de Morb. Mul. ij. Sect. 3. v. 81.  
 ad uteros ulceratos, ibid. j. Sect. 3. v. 216.  
 Saperdam obsonium, in aquaintercute, & in splenis morbo, quando habendum, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 146. 279.  
 Sapere hominem quandiu contingat, de Morb. Sacr. v. 305. Epist. 19. v. 5.  
 unde nobis veniat, de Morb. Sacr. verf. 292. 343.  
 Sapientes, verum defectuosi qui sint, de Diet. j. v. 444.  
 pueri quando magis appareant, de Sept. Part. v. 119.  
 qui sibi esse videntur Medici, in quibus peccent, de Fract. Sect. 1. v. 7. 10. 22. 42.  
 qui sint, de Diet. j. v. 484.  
 quae Sapientibus non conveniunt, qui sentiant, ibid. v. 480.  
 Sapientia animam a quibus liberet. Epistol. 23. v. 4.  
 de Sapientia ac desipientia animae quomodo res se habeat. Vide Desipientia.  
 Sapientia efficacissimorum, ac medicatissimorum pharmacorum fuit. Epist. 16. v. 45.  
 Sapientia gratiosior, de Dec. Orn. v. 9.  
 prae Sapientia multa Democritus an mente motus. Epist. 10. v. 3.  
 cum Sapientia natura cur defluat. Vide Natura cur defluat.  
 Sapientia an participant cor, & praecordia, de Morb. Sacr. v. 349.  
 a Sapientia phrenes cur dicantur praecordia, ibid. v. 335.  
 Sapientia quaedam quatenus sit medicina, de Dec. Orn. v. 61.  
 Sapientia res cognata omnibus, verum amplius his, qui propius ipsam complexi sunt. Epist. 10. v. 30.  
 in Sapientia via medicinae quae sit, de Dec. Orn. v. 67.  
 Sapientiae cognitionem, medicinae sororem. Vide Medicinae sororem.  
 ubi Sapientiae conspectus se ipsum ingesserit in anima, reliquas affectiones velut famulas discedere. Epist. 12. v. 15.  
 Sapientiae dentes. Vide Dentes.  
 Sapientiae Hippocratis in re medica magna gloria multum celebris. Epist. 17. v. 48.  
 Sapientiae magnam partem qui noscat, de Insomn. v. 12.  
 ratio major quam auri apud Hippocratem. Epist. 6.  
 Sapientiam aer quomodo exhibeat, de Morb. Sacr. v. 174. 324. 326.  
 ad multa utilem esse, de Dec. Orn. v. 1.  
 peculiarem in corpore inesse, in prima sane die, de Sept. Part. v. 122.  
 quid exhibeat. Vide Sapientiam Aer.  
 quae ad Sapientiam requiruntur inesse in medicina. Vide, in Medicina inesse.  
 Sapientiam transferendam esse ad medicinam. Vide Medicinam.  
 Sapientior & sanior qui fiat, de Diet. j. v. 476.  
 Sapientia



pieniores & acutiores præter naturam quomodo fieri queant, *ibid.* v. 448.  
 Sapientiores, & desipientiores animæ ex quibus fiant, *ibid.* v. 522.  
 Sapientissima anima quæ sit, *ibid.* v. 439.  
 Sapientissima in corpore quæ sint, *ibid.* v. 433.  
 Sapor considerandus, de Morb. Pop. vj. Sect. 8. v. 15.  
 qui Sarmenta manu necēbat, & obtorquebat, quid passus, *ibid.* Sect. 3. v. 23.  
 Sarmentorum fascis usus ad percutiendum lectum parturientis, de Morb. Mul. j. Sect. 3. v. 248.  
 non Satietas, non fames, neque aliud quicquam bonum est, quod naturæ modum excedat. Aphor. Sect. 2. v. 3.  
 Sativum apium, de Affect. Sect. 2. v. 246.  
 Saturiciæ usus in angina, de Morb. ij. Sect. 2. v. 29.  
 in pituita alba, *ibid.* Sect. 3. v. 334.  
 in pulmonis morbo, *ibid.* v. 60.  
 in suppuratis, *ibid.* Sect. 2. v. 293. Sect. 3. v. 235.  
 in tabescenti, *ibid.* Sect. 2. v. 351.  
 Saturitas vitanda, de Morb. Pop. vj. Sect. 4. v. 38.  
 Satyriafmi appellati quibus pueris fiant. Aphor. Sect. 3. v. 66.  
 qualia Satyri habent circa aures mulcis quando facta, de Morb. Pop. vij. Sect. 2. v. 428.  
 a Satyrorum eminentiis circa aures quæ appellantur, *ibid.* vj. Sect. 3. v. 20.  
 Satyrus in thaso Grypalopex vocatus quid passus, *ibid.* Sect. 8. v. 62.  
 Sauciata parte aliqua, ut vulnus fiat, sanguis quando effluat, de Nat. Homin. v. 85.  
 Sauciati magis, aut minus in capite quæ sint signa, de Cap. Vuln. v. 169. 240.  
 an Sauciatus inflametur, & febricitet. Præd. ij. Sect. 1. v. 266.  
 Sauræ, idest, lacertæ appellatæ, texturæ. Vide Lacertæ.  
 Sauridii usus ad ulcera, de Ulc. v. 98.  
 Sauromatæ qui appellantur, & eorum feminæ quales, de Aer. & Loc. Sect. 2. v. 110.

## S Ante C

**S**cabie affecta vesica. Vide Vesica.  
 cum Scabie laborant palpebræ. Vide, cum Palpebræ.  
 Scabies unde fiat, quid sit, & quomodo curanda, de Affect. Sect. 2. v. 74.  
 Scabies oleæ. Vide oleæ Scabiei usus.  
 Scabiosa vesica. Vide Vesica scabie.  
 velut Scalæ gradus in ligno ad reponenda ossa, de Art. Sect. 4. v. 252.  
 Scalæ usus ad dirigendam spinam luxatam, *ibid.* Sect. 3. v. 38. 53. 56. 61. 226.  
 ad humerum luxatam reponendum, *ibid.* Sect. 1. v. 71. 74. 103.  
 ad intrudendum uteros ex pudendis excidentibus, de Natur. Mulier. Sect. 1. vers. 62. de Morb. Mul. ij. Sect. 2. v. 133. de Ster. v. 500.  
 ad reponendum femoris articulum, de Articul. Sect. 4. v. 335. 338.  
 si Scalpat quis manu circa fracturam, quid fiat, de Fract. Sect. 2. v. 275.  
 Scalpelli, sive scalpri forma, & usus, ad aperiendum partes aqua plenas in pueri hydrope, de Loc. Homin. Sect. 2. v. 68.

in aqua intereunte, ad ulcuscula incutienda in seroto, femoribus, ac tibiis, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 76.  
 ad scutum mortuum execandum, de Morb. Mul. j. Sect. 3. v. 284. 301.  
 ad os capitis deradendum, de Cap. Vuln. v. 319.  
 ad scarificandum in cucurbitarum appositione, de Med. v. 86.  
 ad suppuratum incidendum, de Morb. ij. Sect. 2. v. 307.  
 ubi Scalpro os raseris, quid agendum, de Capiti Vuln. v. 236.  
 Scamandrus in Larissa quid passus, de Morb. Pop. v. v. 98.  
 Scammonia quid, & quomodo purget, de Morb. Mul. j. Sect. 1. v. 385.  
 Scammonia, & radices, & succi ejus usus, arteria, aut vena aliqua pulmonis convulsa, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 75.  
 ad colluendum uteros, de Natur. Mul. Sect. 2. v. 206.  
 in conclusione uterorum, de Morb. Mulier. ij. Sect. 2. v. 323.  
 in coxendicum morbo, de Intern. Affect. Sect. 3. v. 314.  
 in fluxu muliebri, de Morb. Mul. ij. Sect. 1. v. 200. 224.  
 in morbo hepatico, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 240.  
 in mulieribus, quibus sexta aut septima die a viro immissa procedunt putrefacta, de Morb. Mul. j. Sect. 1. v. 385.  
 ad puerperii purgamenta omnia purgandum, de Nat. Mul. Sect. 2. v. 56. de Morb. Mul. j. Sect. 3. v. 535.  
 in renum morbis, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 344. 372.  
 in subditiis ad uteros, de Nat. Mul. Sect. 3. v. 163. de Morb. Mul. j. Sect. 4. v. 24.  
 ad suffiendum uteros, de Nat. Mul. Sect. 2. v. 215.  
 in typho, de Intern. Affect. Sect. 3. v. 121.  
 in venarum cavarum morbo, *ibid.* Sect. 1. v. 423.  
 si venter maneat, purgatione moderata ex partu facta, de Ster. v. 379. aut murmurare, & egestiones biliosæ fuerint, de V. R. A. Sect. 4. v. 214.  
 Scaphida mensura sive concha, de Morb. ij. Sect. 3. v. 237. 241.  
 Scapulæ substantia, figura, cervix, & acetabulum appendicis, ac articulatione, de Oss. Nat. v. 36. de Loc. Homin. Sect. 1. v. 101.  
 Scapulam crustis quot, & quando inurendum in venarum cavarum morbo, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 424.  
 Scapularum venæ, de Natur. Homin. v. 218. de Oss. Nat. v. 122. 141. 186. de Morb. Pop. ij. Sect. 4. v. 3.  
 Scapulas alarum modo eminentes habentes, de Morb. Pop. ij. Sect. 3. v. 122. vj. Sect. 3. v. 17. 27.  
 si sub Scapulas dolor discesserit, erysipelato pulmone, quid agendum, de Morb. ij. Sect. 3. v. 121.  
 ad Scapulas dolor qualis, & quando irruat. articulis pulmonis convulsis, *ibid.* v. 87.  
 cancris in mammis futuris, de Morb. Mul. ij. Sect. 1. v. 426.  
 in fluxu muliebri, *ibidem.* v. 77.  
 in lateris tuberculo, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 196.  
 in peri-



in peripneumonia, de Morb. iij. versic. 189. de Dieb. Jud. v. 86.  
 in pulmonis morbo, & repletionem, de Morb. ij. Sect. 3. v. 55. 156.  
 in splenis morbo, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 311.  
 in tabescentibus, de Gland. v. 127.  
 uteris ulceratis, de Morb. Mul. j. Sect. 3. v. 92.  
 Scarificare caput quando oporteat. Vide Caput. ubi Scarificationem subter cucurbitam adhibere velis, quid oporteat, de Med. v. 83.  
 Schini scillæ speciei usus, strangulante utero, de Morb. Mul. ij. Sect. 3. v. 260.  
 Scientia cognitionis decoræ. Vide Cognitionis.  
 Scientia de diis. Vide, de Diis scientiam.  
 Scientia imperata facere cogitur, & cui facile sit ipsam feliciter assequi, de Loc. Homin. Sect. 2. v. 306.  
 Scientiæ divinæ princeps Hippocrates, Epist. 2. v. 23.  
 Scientiæ ejusdem esse morborum causas nosse. Vide Causas morborum nosse.  
 Scientiæ votum ac opus quid esse videatur. Ars, v. 6. 11.  
 Scientiam Medicorum an accusandum, tanquam mortis causam, ibid. v. 96.  
 propriam ambitiose qui ostentent, ibid. v. 4.  
 Scire facere. Vide Opinionem ignorare.  
 Scillæ, aut radicijs ejus usus ad ambustos, de Ulcer. v. 227.  
 ad dolores, & duritiem uterorum, de Natur. Mul. Sect. 3. v. 224. de Morb. Mul. ij. Sect. 2. v. 435. Sect. 3. v. 383. 405.  
 ad molliendum & cicatrices pulchras faciendum, de Ulc. v. 203. 206. 208.  
 ad molliendum uteros, & os ipsorum, de Superf. v. 218. Vide supra, ad Dolores.  
 ad purgandum uteros, de Natur. Mul. Sect. 2. v. 150. Sect. 3. v. 285. de Morb. Mulier. j. Sect. 4. v. 230. Vide supra, ad Dolores.  
 ad suppuratos, de V. R. A. Sect. 4. v. 443.  
 ad ulcera dorsi, de Ulc. v. 234.  
 si uteri ad coxam decurrerint, de Natur. Mul. Sect. 1. v. 103. de Morb. Mul. ij. Sect. 2. v. 13. 37.  
 Scipione sub alam alteram, vel sub utranque, longiore, vel breviorē qui utantur, de Art. Sect. 3. v. 362. 505.  
 Scolopendrium quid faciat, de Diet. ij. v. 306.  
 Scophus in Oeniadis quid passus, & quando mortuus, de Morb. Pop. v. v. 13.  
 Scopo quid acciderit, ibid. ij. Sect. 3. v. 88.  
 Scopum præfigere oportere, Vide Facultatum suarum.  
 Scoria plumbi. Vide Plumbi.  
 Scorpii marini piscis fel quando, & quomodo subdendum mulieri, de Natur. Mul. Sect. 3. v. 153. de Morb. Mul. j. Sect. 4. v. 13.  
 Scorpii marini piscis usus, in aqua intercutē, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 67.  
 in fluxu muliebri, de Morb. Mul. ij. Sect. 1. v. 135.  
 in morbo crasso, de Intern. Affect. Sect. 3. v. 265.  
 in pituita alba, de Morb. ij. Sect. 3. v. 332. de Intern. Affect. Sect. 2. v. 44.  
 in splenis morbo, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 286.  
 in tabidis, de Morb. ij. Sect. 2. v. 349. Sect. 3. v. 29.  
 Scorpii piscis qualitates, de Diet. ij. v. 200.  
 Scottatio turpis, vel potius infamis meretrix,

dysentericis quid faceret, de Morb. Pop. vij. Sect. 2. v. 530.  
 Sreatio frequens quando phrenitica. Præd. j. v. 8. Coacar. Prænoction. Sect. 1. versicul. 380.  
 in Sreationem definens tractus. Vide, in Febre tractus.  
 Scribi digna quæ maxime videantur, de V. R. A. Sect. 1. v. 44.  
 de Scriptis Hippocratis cur sit multa dissensio, & de ipsis certum quid pronunciare non sit facile. Vita, v. 61.  
 ex Scriptis prædicere quæ liceat. Præd. ij. Sect. 1. v. 41.  
 Scriptorem cognoscere quæ oporteat, de Diet. j. v. 26.  
 Scriptorum Hippocratis obscuritas. Vide Obscuritatem.  
 Scrobis usus, ad suffiendum uterum, de Morb. Mul. ij. Sect. 3. v. 203. 417.  
 Scrotis venæ crassissimæ. Vide Venas.  
 Scroto intumescere aliquos ex hydropo pulmonis, de Morb. ij. Sect. 3. v. 200.  
 si in Scroto tumor constiterit. Vide, si Tumor,  
 quando Scrotum desquametur in volvulis, de Intern. Affect. Sect. 3. v. 134.  
 Scrotum pellucidum in quo morbo fiat, de Morb. iv. Sect. 2. v. 323.  
 in Scrotum potum splen quando distribuatur, ibid. v. 318.  
 quando Scrotum tumeat in pituita alba, & quando secandum, ibid. ij. Sect. 3. v. 326. 331. de Intern. Affectionib. Section. 2. versicul. 55.  
 velut Scrotum, uteri quando debeant, & quid agendum, de Natur. Mulieb. Sect. 1. vers. 52. de Morb. Mulier. ij. Sect. 2. vers. 122. Sect. 3. v. 335. de Ster. v. 491.  
 Seymni fullonis ancillæ quid acciderit, de Morb. Pop. j. Sect. 2. v. 223.  
 Scythæ ex equino lacte quid faciant. Vide Lac equinum.  
 Eunuchi cur fiant plurimi, & muliebria officia obeant, de Aer. & Loc. Section. 2. versic. 188.  
 Nomades vocati, ubi degant, ibidem, versicul. 123.  
 omnium hominum ad coitum cur minime sit valentes, ibid. v. 224.  
 quales sint, quo ad formam attinet, ibid. v. 118. 135. 154.  
 Scytharum corporis humiditatis argumentum, ibid. v. 162.  
 ditissimi quo malo afficiantur, & cur, ibid. v. 208. 213. 220.  
 gens fulvi valde coloris cur existat, & non multum secunda, quæve mala ipsi adsint, ibid. v. 174. 186. 223.  
 in Scythia quæ signa vera conspiciantur. Præn. v. 413.  
 Scythica salitudo ubi sita, & qualis sit, de Aer. & Loc. Sect. 2. v. 120. 137.  
 Scythicum genus hominum in Europa ubi habitet, & quale sit, ibid. v. 109.



## S Ante E

qui **S**ecantur hydropici, aut suppurati. Vide, qui Hydropici, & qui suppurati.

**Secare** fœtum mortuum in utero quando oporteat, & quomodo, de Morb. Mul. j. Sect. 3. v. 283. 300.

**hæmorrhoidas** quomodo oporteat, de Hæmor. v. 34.

**Secare** quando, quomodo, ac ubi oporteat, vel non, in aqua intereunte, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 76. 94. 96. 109. Sect. 3. versic. 157.

in fluxionibus ad oculos, de Loc. Homin. Sect. 1. v. 241.

in hydropo pulmonis, de Morb. ij. Sect. 3. v. 203. 205.

in pituita alba, ibid. v. 332.

in renum morbo, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 349. 358. 392.

in suppurato, de Morb. ij. Sect. 2. v. 303. 305. ij. v. 355. 366. 370. de Intern. Affect. Sect. 1. v. 108.

in tuberculo sub lingua, aut lateris, aut pulmonis, de Morb. ij. Sect. 2. v. 93. Sect. 3. v. 153. 184. de Intern. Affect. Sect. 1. versic. 205.

in ulceribus, de Ulc. v. 76. Vide sectio Cur, quando.

**Secare** circa ventrem quibus temporibus non debeamus, de Aer. & Loc. Sect. 1. v. 307.

**venam** vere quibus conveniat. Vide Venam secare.

**ulcus**, seu vulnus in capite quantum, & quomodo oporteat, de Gen. v. 204. 220.

**si non** Secetur fistula, an sanetur, de Fistul. versic. 62.

**si** Secetur suppuratus, quando sanus fiat, de Morb. j. Sect. 1. v. 234.

**quæ** Secedant, vel non. Vide Alvim sistencia.

**an** Secedat infra quod comeditur in tetano, & quale, de Intern. Affect. Sect. 3. v. 366.

**Secedere** singula in suam ipsorum naturam, homine moriente. Vide Homine.

**qui** Secedunt, aut non secedunt cibi manifesti sunt, quod hæc operantur, de Affect. Sect. 2. v. 164.

**quæ** Secedunt in typho, quando graveoleant, de Intern. Affect. Sect. 3. v. 6.

**ex** Secessibus quid dignoscamus, de Morb. Pop. m. j. Sect. 3. v. 7.

**quid** judicatorium sit, ibid. iv. v. 342.

**Secessibus** suppressis, quinta, aut vigesima septima, qui mortui, ibid. iv. Sect. 1. v. 32. Sect. 2. v. 50.

**ad** Secessum carnes quomodo commodiores sint, de Affect. Sect. 2. v. 197.

**quomodo** ad Secessum commodent olera, ibid. v. 263.

**Secessum** pituita quomodo faciat, de Loc. Homin. Sect. 2. v. 213.

**per** Secessum plus iusto quid expurgetur, de Affect. Sect. 2. v. 267.

**ad** Secessum sorbitiones qualiter dandæ, ibid. v. 112.

**Secessuum** stabilitas. Vide Stabilitas.

**Secessus** alvi æquales specie semper, malum, de Morb. Pop. ij. Sect. 3. v. 8.

**biliosi**, & graveolentes a partu quando sint, & quid sequatur, de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 411.

**ciborum** non putrefactorum velox cur contingat in lenteria, de Affect. Sect. 1. v. 272.

**Secessus** crudos ac liquidos quid fistat, de Morb. Pop. ij. Sect. 1. v. 94.

**Secessus** infernus in bilis fluxu quomodo sursum revelletur, & quando magis prodeat, de Affect. Sect. 2. v. 6. 12.

**liquidus** ac putrefactus per alvum quibus abeat, de Diet. ij. v. 299.

**malus**, & olidus quando sit ex partu, de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 392.

**Secessus** odores signa cujus sint, de Humor. v. 38.

**Secessus** non putrefactus per alvum quibus abeat, de Diet. ij. v. 286.

**Secessus** quando, & quibus prodierint acres & pingues, de Morb. Pop. ij. Sect. 3. versic. 125.

**aquosi** sub dio expositi, isatidi valde similes facti, ibid. iv. v. 346.

**biliosi** & pingues, & tenues, & aquosi, ibid. ij. Sect. 3. v. 73.

**electrum** referentes, subviscosi multi, ibid. ij. v. 300.

**glutinosi** biliosi, aliquantulo stercore ammixto, ibid. v. 233.

**meri**, biliosi, leves, valde pingues, ibid. j. Sect. 3. v. 72.

**multi**, & tenues, aut biliosi & pingues, ibid. ij. Sect. 3. v. 350.

**nigri**, pauci, ac æruginosi, seu virulenti, ibid. v. 313.

**nigri**, tenues, spumosi, subsidentia secessibus livida, aut nigra, ibid. Sect. 1. v. 39. 45.

**pingues**, crudi, & mordaces, ibid. Sect. 3. v. 314.

**plures**, tenuiores, spumosi, ibid. j. Sect. 3. v. 68.

**subviscosi**, subbiliosi, maturi, biliosi, non tenues, ibid. iv. v. 342.

**tenues**, biliosi, mordaces, pauci, nigri, graveolentes, ibid. j. Sect. 3. v. 247.

**tenues**, biliosi, subrubri, ibid. v. 158.

**tenues**, subnigri, ibid. v. 70.

**varii** in febre ex malo victu, ibid. ij. Sect. 3. v. 313.

**Secessus** secedere quando prohibeant uteri, de Natur. Mul. Sect. 3. v. 23. de Morb. Mul. ij. Sect. 2. v. 69.

**Secessus** siccus & perustus quibus fiat, de Diet. ij. v. 323.

**Secessus** urinae, aut stercoreis considerandis, de Morb. Pop. vj. Sect. 5. v. 6.

**Secretio** corporis facultatum ex quibus minime contingat, de Veter. Med. v. 235.

**præ** repletionem in nocte quibus fiat, de Diet. ij. v. 244.

**per** somnum a carne multæ humiditatis pibus fiat, ibid. v. 249.

**Secretionem** circuitui contrariam corpori contigisse, quid in somnis significet, de Insomn. v. 184.

**in** corpore humidam ac pituitosam factam esse, & in externam circumsferentiam illapsam, quid significet, ibid. v. 47.

**Secretiones** siccandæ quando sint, de Humor. v. 13.

**Secretionibus** qualia profint, ibid. v. 58.

**cum** Secretum quid in corpore fuerit, qui locus morbidus fiat, de Natur. Homin. versic. 64.

**Securæ** gratiosæ electionem. Vide Electionem.



**Sectio** cur, quando, quomodo, & ubi facienda in coxa incorem habente, de Morb. Pop. v. vers. 99.  
 in hydropo, de Affect. Sect. 1. v. 255. Vide Secare quando.  
 in renum morbo, ac in suppurato. Vide Secare quando.  
 uteris agglutinati, aut coxam contingentibus, aut suppuratis, de Natur. Mul. Sect. 1. v. 76. de Morb. Mul. ij. Sect. 2. v. 4.  
 ura dependente, de Affect. Sect. 1. v. 47.  
**Sectio** in quibus vim habeat, de Morb. Pop. v. Sect. 6. v. 8.  
**Sectio** venarum quem dolorem solvat. Vide Venar. quibus Sectio venarum conducit, quando facienda. Vide, quibus venarum Sectio.  
**Sectio** una ampla quando melior fuisset, aut etiam altera Sectio, de Morb. Pop. v. vers. 45.  
**Sectio** in capite facta, transpirationem quando efficiendum in sideratis, de Morb. ij. Sect. 2. v. 13. ij. v. 39.  
 in Sectione capitis quae partes securitatem habeant, & quae secunda non sint, & cur, de Cap. Vuln. v. 215.  
**Sectio** lignorum propelli uteros posse, de Morb. Mul. ij. Sect. 2. v. 78.  
**Sectio** quali incidendum, & quando autem suppuratum, de Actic. Sect. 2. v. 265.  
 in Sectione velocitas, & tarditas quando laudanda. Vide, in Chirurgiis.  
**Sectio** ne ulcera quae opus habeant, & quae parte, de Cap. Vuln. v. 207. ad 222.  
**Sectio** nes angustas ubi, & cur faciendum, de Med. v. 63.  
**Sectio** nes venarum ubi faciendae. Vide Venar.  
**Sectum** aliquod cum fuerit, aut sua sponte ruptum tuberculum, quid agendum, de Affect. Sect. 2. v. 72.  
 cum Sectus, aut ulla suppuratus fuerit, quid sequatur, de Morb. j. Sect. 2. v. 43.  
**Secunda** die qui moriantur. Coac. Praen. Sect. 2. v. 294.  
 qui mortui. Vide die Secunda.  
 si Secunda non facile excidat, quid agendum, de Superf. v. 44.  
 cum Secunda a frigore mortificata computruerit, quid agendum, de Morb. Mul. j. Sect. 4. v. 64.  
 cum a Secunda non fuerit liberata quae peperit, quid agendum, ibid. Sect. 2. v. 354.  
 de Secunda membranofum quid cui remanserit, quod discessit quarta die male, de Morb. Pop. ij. Sect. 2. v. 42.  
 si Secunda post partum non statim exierit, sed in utero relicta fuerit, unde hoc accidat, & quid sequatur, & quid agendum, de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 364. 372. 382.  
 si Secunda pueri in utero exeat priusquam procedere foras puer incipiat, aut una cum puero, aut adhæreseit post exitum pueri, quid sequatur, de Superf. v. 12. ad 17.  
 donec a Secunda & a puero mulier liberetur, quid patiat, de Sept. Part. v. 57.  
 si Secunda non purgetur, quid agendum, de Superf. v. 298.  
**Secunda** quando appelletur, de Natur. Puer. v. 111.  
 ex umbilico pueri tenta hæret, ibid. v. 516. de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 376.  
 in Secunda una utrosque pueros habere, quae gemellos gestat, de Superf. v. 77.  
 si Secundae decedere non possint, quid agendum,

de Nat. Mul. Sect. 3. vers. 29. 90. 113. de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 370.  
 ut Secundae excidant, sternutatorio indito, nares, & os apprehendito, de Morb. Pop. ij. Sect. 5. v. 39. Aphor. Sect. 5. v. 83.  
**Secundam** mulieris ad os uteri quomodo apponendum ad conceptum, de Morb. Mulier. j. Sect. 3. v. 451.  
**Secundam** putrefcere saepe, & discedere sexa, aut septima die, ibid. Sect. 2. v. 366.  
**Secundarum** purgatio si non discedant. Vide, ut Secundae excidant.  
**Secundas** expellentia ex uteris, si relictae fuerint, de Nat. Mul. Sect. 2. v. 1. ad 32. 113. de Morb. Mul. j. Sect. 3. v. 540. Sect. 4. vers. 1. ad 10. 26. 38. ad 68. 280. ad 289. Vide supra Pluries.  
**Securissimi** morbi. Vide Morbi.  
 ad Securitatem maximum signum quid sit in calida, de Humid. Usu, v. 125. Aphor. Sect. 5. v. 33.  
 sanis quid plurimum conferat. Vide Sanis.  
 Securitatem, seu securum morbum, vel contra, quae urina significet, de Jud. v. 10. 66. 68. 79. Praen. v. 165. ad 169. Coac. Praen. Sect. 3. v. 243. ad 251.  
 quae Sedare non oportet, contemplanda, de Humor. v. 27.  
 Sedare prodeuntia e corpore quando oporteat. Aphor. Sect. 4. v. 5.  
 quae Sedare solent, ubi insuper comparent, ea prius sicut impedimenta ab his liberant, de Humor. v. 193. de Morb. Pop. v. Sect. 3. v. 64.  
 in Sede malum aliquod habere quos sciendum. Praen. ij. Sect. 2. v. 238.  
 Sede obturata per spongiam in aqua calida quando desidendum, in vulvulo, de Morb. ij. v. 183.  
 in Sedem calor quando irruat, in morbo crasso, de Intern. Affect. Sect. 3. v. 190.  
 uteris proidentibus, & foras egressis, de Natur. Mulier. Sect. 1. v. 43. de Ster. v. 483.  
 si ad Sedem conversi fuerint uteri. Vide, si uteri ad Sedem.  
 quae circa Sedem doleret incipiente febre, & quod circa sedem erat, suppuratum sit, de Morb. Pop. ij. Sect. 2. v. 31.  
 ad Sedem dolor quando irruat, in fluxu muliebri, de Morb. Mul. ij. Sect. 1. v. 284.  
 in morbo crasso, de Intern. Affect. Sect. 3. v. 190.  
 vento in uteris existente, de Morb. Mul. ij. Sect. 3. v. 49.  
 cum Sedem doluerit ex partu, quid agendum, ibid. j. Sect. 2. v. 400. Sect. 4. v. 168.  
 Sedem egestio qualis exulceret, de V. R. A. Sect. 3. v. 38.  
 Sedem extrahere foras quando & quomodo oporteat, ad haemorrhoidas curandum & urandum, de Haemor. v. 15. 34. 67.  
 in Sedem glandes quando indendum conceptus gratia, de Ster. v. 268.  
 ad Sedem illitionem quando, & quomodo faciendum, si venter maneat, purgatione moderata ex partu facta, ibid. v. 381.  
 in Sedem immittere quid oporteat uteris siccis, seu duris siccis & cancerari incipientibus, de Nat. Mul. Sect. 1. v. 297. de Morb. Mul. ij. Sect. 2. v. 295.  
 ad Sedem uteri quando incidant, Vide, si Uteri ad Sedem.



- si Sedes elabatur, ac exierit, & in loco suo non maneat, unde hoc fiat, & quomodo curandum, de Fift. v. 64. 88. 102.
- Sedes ligatura quali intercludatur, de Art. Sect. 1. v. 316.
- quibus evitatur ac procidat, vitis, pueris, & senibus. Præd. ij. Sect. 2. v. 141.
- quomodo minime excidat, dum ventrem quis exonerat, de Fift. v. 97.
- ad scrotum quando extaret vulnerato retro in latus, de Morb. Pop. v. vers. 351. vij. Sect. 1. v. 367.
- Sedi calida amica, & judicans; frigida inimica & occidens, de Humid. Usu, v. 137. Aph. Sect. 5. v. 37.
- Sedis dolor in quibus letalis. Coac. Præn. Sect. 1. v. 91.
- cum Sedis dolore capitis dolor quid inducat, ibid. v. 239.
- Sedis excretiones secundum & præter naturam, de Alim. v. 35.
- pars interna quando intumescat, de Hamor. v. 4.
- Sede teli in osse contingente, fissura ad sedem accedente, quid sit necesse, de Caput. Vuln. v. 95.
- Sedem in os quid inducat, ibid. v. 165.
- Sedem teli in osse cognoscere quando difficile sit, & quando facile, ibid. v. 171.
- radere quando oporteat, & quomodo, & cur, ibid. v. 233.
- ad Sedem teli ruptio, seu rima, vel fissura, quando accedat, ibid. v. 175.
- Sedes quid vocetur in osse, & ejus differentie, ibid. v. 99. 103. 121. 166. 185.
- Sedes telorum acutorum ac læviorum in osse, quales, ibid. v. 63.
- Sedentem collocare quando optimum sit, suffocante utero, de Morb. Mul. ij. Sect. 3. v. 263.
- Sedere cui non conducat ulcus habenti, de Ulc. v. 13.
- græctum velle ægrum quando, & in quibus morbis, malum. Præn. v. 56. Coac. Præn. Sect. 3. v. 101.
- non posse, pulmonis articulis convulsis, ac in ipso pulmone repleto, de Morb. ij. Sect. 3. v. 89. 156.
- Sedes foliis instrata ad insidendum lenior invidiosis fortunæ sellis. Epist. 17. v. 51.
- Sedis thesauricæ, sive alterius usus ad reponendum brachium fractum, aut prolapsum, de Fract. Sect. 2. v. 6. de Art. Sect. 1. v. 104.
- Segmentis multis plenum esse thoracem, caput, & dorsum. Ars, v. 169.
- Segnem esse ad labores cui conferat, de Diet. ij. v. 371.
- Segnes corpore qui fiant prænati. Vide Corpore graves.
- Segnis quomodo fiat, de Diet. j. v. 524.
- ob Segnitiam corpus laxum, & molle mulieribus esse, de Gland. v. 146.
- Segnitiam quid pariat, de Aer. & Loc. Sect. 2. v. 244.
- Segnitias cur humectet, & corpus debile faciat, de Diet. ij. v. 415.
- Segnitias multa quibus insit, de Aer. & Loc. Sect. 2. v. 283.
- si ad Seipos redeant, qui servantur, & si non, difficulter spirantes moriantur. Coac. Præn. Sect. 1. v. 99.
- Sellæ usus ad collocandum ægros, de Med. v. 33.
- ad concutiendum suppuratum, ut cognoscatur latus affectum, de Morb. ij. Sect. 2. v. 301. ij. v. 357.
- ad fovendum, & sufficiendum uteros, de Nat. Mul. Sect. 2. v. 251. de Morb. Mul. j. Sect. 3. v. 414. ij. Sect. 1. v. 112. Sect. 3. vers. 327. de Ster. v. 289. 342.
- pro patiente, de Superf. 45.
- Semel in die cibum accipere soliti, si bis aut ter sumant, quid patientur: sic Semel in die præter consuetudinem assumentes, de Veter. Med. v. 145. ad 170. de V. R. A. Sect. 2. v. 59. ad 89.
- Semel in die cibum sumere qui debeant, de Salubr. Diet. v. 90.
- Semen aliquod utero commodum quando bibendum mulieri, quæ peperit, de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 359.
- Semen in cæcosis, & humectis terræ locis cur non nascatur, de Gland. v. 40.
- dictum in terram, qua humiditate impleatur: folisque & radices quomodo & quando producat, ac augeatur, nutriatur, & fructus producat, de Nat. Puer. v. 271. ad 296. 308.
- velut Semina dogmata præceptorum esse: semina vero opportuno tempore in aruum cadere oportet. Lex, v. 22.
- Semina humorem quem e terra trahant, de Natur. Homin. v. 108.
- Seminum multas, ac omnigenas formas ac species a se invicem quomodo secerant ignis, & aqua, de Diet. j. v. 79.
- Semen amborum, & maris, & femine quando evanescat, sive tabescat, in utero, de Morb. Mul. j. Sect. 1. v. 219.
- cum Semen calidum & siccum, in utero calidos & siccos illapsus fuerit, quid fiat in generatione, de Diet. j. v. 366.
- Semen corrumpi ex qua medicatione accidat, de Aer. & Loc. Sect. 2. v. 201. in margine.
- corrumpi in utero siccis & adustis præ inopia alimenti. Aphor. Sect. 5. v. 108.
- quando Semen eluatur in utero, aut putrescat, & putrefactum exeat: aut ab initio non suscipiatur, & quid agendum, de Morb. Mul. j. Sect. 1. v. 276.
- Semen foras quando emittant uteri, & non concipiant, de Ster. v. 21. 37.
- Semen genitale ab omnibus corporis membris, & humoribus procedere: a sevis sanum, a morbois morbosum. Vide Genitura a toto corpore qualis.
- ex Sanguine gigni unde certum fiat, de Homin. Struct. v. 61.
- in tabe dorsali quale prodeat, ubi mingit, aut ventrem exonerat, ac in somnis, de Morb. ij. Sect. 3. v. 40.
- Semen in masculis quando non deducat spiritus, Aphor. Sect. 5. v. 111.
- Semen masculum, vel femininum quomodo diversas hominis, & femine generationes producat, de Diet. j. v. 325. ad 346.
- cum Semen modicum & morbosum multi menses conceperint. Vide, cum Menses.
- Semen a muliere emissum quandoque fortius esse, quandoque debilius, sic & virile, femininumque & masculum in ambobus esse, de Gen. v. 79. 104.
- si Semen multum ab utrisque, & forte secretum fuerit, gemelli quomodo fiant, de Diet. j. v. 357.
- Semen ab omnibus viri & mulieris partibus progressum,



gressum, quomodo formam hominis producat, de Morb. iv. Sect. 1. v. 1.  
 in Semen portionem non minimam, neque debilissimam de quatuor humoribus procedere, ibid. v. 8.  
 Semen quid liquifaciat, ita ut diffluat, de Diet. ij. v. 289. in margine.  
 ut Semen, quod a femina prodit, ad fortificationem non concipiatur, quid prohibeat, de Ster. v. 433.  
 Semen, quod a viro & muliere seceratur. Vide, quod a viro seceratur.  
 a sanguine morbofo non compingi, de Steril. v. 41.  
 Semen per somnum effundere, quid non permittat, de Diet. ij. v. 286.  
 effundi, aqua intercutie laborantibus uteris, de Morb. Mul. ij. Sect. 3. v. 29.  
 in febribus qui effuderit, & alius frequenter etiam interdum, de Morb. Popul. iv. v. 409. vj. Sect. 8. v. 63.  
 in morbo crasso, ac in typho quando effundant regri, de Intern. Affect. Sect. 3. v. 118. 196.  
 Semen subruentum ac sublividum quando prodeat per coitum in morbo crasso, ibidem, v. 197.  
 Semen non suscipere uterum quid prohibeat. Vide Genitura ab utero quando attrahatur.  
 si Semen viri, conceperint uteri, ita ut statim discindatur, quomodo gemini fiant, de Diet. j. v. 355.  
 concurrerit. Vide, si quæ a viro procedunt.  
 Semen viri quando facile amisceatur, de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 14.  
 quibus Semen viri intus manet, & computrescit, & turbationem facit, quid agendum, ibid. Sect. 1. v. 379.  
 a viro immisum in uteros. Vide, si quæ viro immissa.  
 Semen ab utraque parte vesicæ quomodo sit, de Off. Nat. v. 51.  
 ab utrisque corporibus, scilicet patris, & matris, in partum procedit, de Genitur. vers. 110.  
 si Semen ab utrisque fortius, vel debile prodierit, qui partus nascatur, ibidem, versicul. 82.  
 in Seminis genitalis coactione quæ mutationes gignantur, de Aer. & Loc. Sect. 2. v. 235.  
 misturam ac compactionem, quæ tempora nullas corruptiones, neque malignitates inferant, ibid. v. 160.  
 Seminis humani corruptionem quid significet informis, de Insomn. v. 127.  
 Semicongius. Vide Congii, ac Semicongi.  
 Seminileges volucres quales sint, de Diet. ij. v. 197.  
 Semiobolus. Vide Obolus.  
 Semiperfecta ad finem perducere. Vide, ad finem perducere.  
 Semisecta, vel dimidiata deligatio. Chir. Offic. v. 53.  
 Semifederati qui, & quando, & unde fiant, de Aer. & Loc. Sect. 1. v. 62. 281. de V.R.A. Sect. 4. v. 52.  
 Semitertiana cui appareret febris ab initio, cum esset tertiana, de Morb. Popul. vij. Sect. 2. v. 16.  
 in Semitertiana morbi quales fiant, ibid. j. Sect. 3. v. 16. v. vers. 463. vij. Sect. 2. vers. 378. 381. 384.

Pini Index.

Semitertianæ febres, ibid. j. Sect. 2. v. 23. Sect. 3. v. 12.  
 Semitertianus modus febris quando fieret, ibid. Sect. 1. v. 31.  
 Semodium, de Morb. Mul. ij. Sect. 1. versicul. 107.  
 Senatus populusque Abderitarum Hippocratem vocavit, ut Democritum curaret, aut potius Senatum ægrotantem. Epistol. 10. vers. 1. 24.  
 Senectæ anguium usus, ad secundam ejiciendum, de Morb. Mul. j. Sect. 4. v. 38.  
 præ Senectute spina cur obliquetur, de Art. Sect. 3. v. 145.  
 Senectutem degere in corporis magnitudine inutile est, & deterius parvitate. Aph. Sect. 2. v. 84.  
 ad Senectutem deterius qui degant, ibid. versicul. 81.  
 ad Senectutem usque qui absint morbi. Coac. Pr. Sect. 3. v. 147.  
 Senes ab affectionibus qualibus penitus non liberentur, sed longo tempore afflictæ pereant, de Morb. j. Sect. 2. v. 157.  
 ob amarulentiam quid faciant, de Dec. Orn. v. 14.  
 assueti consuetos labores ferre. Vide Labores consuetos.  
 jejunium qualiter ferant. Aphorism. Sect. 1. v. 44.  
 juvenibus an minus ægrotent. Vide Juvenibus.  
 a morbo sacro apprehensi quando moriantur, vel per se liberentur. Prædict. ij. Sect. 1. v. 226.  
 podagrici sanari an possint, ibid. v. 206.  
 quando optime degant, & maxime sani sint. Aph. Sect. 3. v. 44.  
 sani aut morbofi magis, vel minus, qui sint, de Diet. j. v. 391. 404.  
 suppurati quomodo pereant, de Morb. j. Sect. 2. v. 157.  
 temperamentum quale habeant, de Diet. j. v. 424.  
 Senescentibus ventres quando resiccentur, vel humectentur. Aph. Sect. 2. v. 24. 82.  
 Senescere cito, & ante temporis adventum, quibus naturis accidat, de Aer. & Loc. Sect. 1. v. 142. de Diet. j. v. 392.  
 Senex in lapideis vestibulis quid passus, de Morb. Pop. iv. v. 318.  
 Senex a morbo sacro quando, & quomodo apprehendatur, de Morb. Sacr. v. 235.  
 in Senibus affectiones, quæ operose sanentur. Aphor. Sect. 6. v. 8.  
 cum Senibus calor modicus sit, cur paucis fomiti- bus opus habeat, ibid. Sect. 1. v. 48.  
 Senibus cibus qualis, de Alim. v. 90.  
 valde Senibus deflexiones. Vide Senioribus.  
 Senibus febres cur non similiter acutæ fiant. Aph. Sect. 1. v. 50.  
 hyems cur infestissima, de Morb. Sacr. versicul. 234.  
 morbi quales ut plurimum commoriantur. Aph. Sect. 2. v. 59.  
 morbi qui fieri soleant, ibidem, Sect. 3. vers. 78. Prædict. Sect. 1. v. 254. Sect. 2. v. 143. 224.  
 Senior velut junior, quæ similiter pati non possit, de Morb. j. Sect. 2. v. 138.  
 Seniores morbus facer cur non occidat, neque distorqueat, de Morb. Sacr. v. 209.

C c

cum



cum Seniores mulieres fluxus velut urina peccatum contrahat, quid accidat, de Morb. Mul. ij. Sect. 1. v. 207.

Seniores mulieres qualia menstrua habeant, de Loc. Hom. Sect. 2. v. 372.

Seniores raro affectiones quas, & eas debiliores patiantur, & cur, de Morb. j. Sect. 2. vers. 128.

Seniores ficiore victus modo cur majore temporis parte degere oporteat, de Salubr. Diat. v. 26.

Seniores ex suppurationibus qualibus magis intereant. Prænot. v. 288. Coac. Præn. Sect. 2. v. 356.

Seniores affectiones quæ minus, & debiliores fiant, quam juniores, de Morb. j. Sect. 2. v. 130.

pulmonem rariorem, & caviorem esse, quam juniori, ibid. v. 147.

Senioribus abscessus quales magis, vel minus, seu puris eruptio, & quartana magis quando fiant. Præn. v. 333. 371. 376. Coac. Præn. Sect. 1. v. 197. 232.

cum Senioribus affectiones sint debiliores, quando febres minores, & paucae fiant, de Morb. j. Sect. 2. v. 155.

 Tibia nigra ſi fuerit ob varicem, quid agendum, de *Ulcer.* v. 253.



- Tibia & pes extra repere, vel intro, quibus cogatur, de Art. Sect. 3. v. 315. 421.  
 quibus decurtetur, & cur, ibid. v. 350.  
 recta moderate in quibus coxæ laxationibus appareat, neque hac, neque illac multum inclinata, ibid. v. 482.
- Tibia quando attenuetur ex luxatione, & qua parte, de Fract. Sect. 2. v. 157.
- in Tibia, ulcus si fuerit, quid conducat, de Ulc. v. 30.  
 vulnere siente diuturno & periculoso, & communionem cum calcaneo habente, quid patiatur quandoque calcaneum, de Fract. Sect. 2. v. 71.
- Tibiæ alimentum, de Alim. v. 100.
- Tibiæ, duris tumoribus, albis, laxis, seu ad modum squamæ asperis, refertæ cui essent, de Morb. Pop. iv. v. 246.  
 frigere semper in quo renum morbo soleant, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 385.  
 quando Tibiæ intumescant mulieri in fluxu muliebri, de Morb. Mulier. ij. Sect. 1. versicul. 209.  
 si hydrops in uteris fiat, ibidem, j. Sect. 3. v. 20.  
 mensibus ad sex menses retentis, ibid. Sect. 1. v. 78.  
 in superfætatione, de Superf. v. 7.
- Tibiæ os coangescere quibus similiter non soleat, sed brevius fiat. Vide, quibus os Tibiæ.
- quibus Tibiæ os, facto ulcere circa genu emine- rit foras, his mors promptior quando ad- sit, aut spes salutis, de Artic. Sect. 4. vers. 91.  
 circa malleolum excefferit, seu juxta genu. Vi- de, quibus os Tibiæ.
- cum Tibiæ ossa ambo fracta fuerint citra exulce- rationem extensione quali egeant, de Fract. Sect. 2. v. 159.
- quibus Tibiæ ossa ambo fracta sunt, quando bre- viora fiant, ibid. Sect. 3. v. 15.
- Tibiæ ossa breviora quibus fiant, de Art. Sect. 3. v. 443.  
 ex denigratione quot diebus deciderint, ibid. Sect. 4. v. 155.  
 longitudine inter se similia, licet externum paululum excedat, de Fractur. Sect. 3. vers. 288.  
 quibus luxatis augeantur non multo defectuo- sius, de Artic. Sect. 3. v. 381. 389.  
 quot diebus corroborentur, de Fract. Sect. 2. v. 217.  
 quot, quanta, qualia, & quomodo articulata; eorumque appendices, de Ofs. Natur. v. 5. de Loc. Homin. Sect. 1. v. 127. de Fract. Sect. 2. v. 101.
- cum Tibiæ ossibus communionem habentia pedis ossa quanta sint, de Fractur. Sect. 2. versicul. 47.
- quibus Tibiæ ossibus luxatis, ac ulcere inducto, articuli circa pedem penitus eminent, tales reponere an oporteat, de Art. Sect. 4. v. 52.
- Tibiæ os crassius quod sit, & tenuius, & longius, de Fract. Sect. 2. v. 235.  
 curatu difficilius quod sit, & maiore extensio- ne egeat: & quod contra, & cur, ibid. v. 235.
- Tibiæ circa malleolum os extrinsecus ad inter- nam partem quando detrudendum, ac diri- gendum, de Art. Sect. 4. v. 25.  
 pars luxationi opposita quibus attenuetur pro- gressu temporis, ibid. v. 420.
- si Tibiæ pars quædam deciderit, an hi superfluges evadant, ibid. v. 141.
- Tibiæ ad pedem articulum luxatum quomodo re- ponendum, & deligandum, de Fract. Sect. 2. v. 110. ad 145.
- Tibiæ, & pes totus quibus & quando denuda- rentur, ex igne sacro, de Morb. Popul. iij. Sect. 3. v. 35.
- Tibiæ rumpi in quo morbo soleant, ubi diutur- nus factus fuerit, de Morb. iv. Sect. 2. v. 329.
- quando Tibiæ tumeant in pituita alba, ibid. ij. Sect. 3. v. 326.
- Tibiæ tumores. Vide Tumores.  
 venæ, de Ofs. Nat. v. 255.
- Tibiæ ulcera prava, & cicatrices nigras, in qui- bus habeant. Præd. ij. Sect. 2. v. 257.
- qui Tibiam sectus est, quid passus sit, de Morb. Pop. iv. v. 4.
- Tibiarum tumor. Vide Tumor.
- Tibiarum ulcera. Vide Ulcera.
- Tibiarum ulcuscula. Vide Ulcuscula parva.
- ad Tibia dolor in febre cui & quando factus, de Morb. Pop. vij. Sect. 2. v. 107.  
 lassitudo ac dolor quibus ex equitando, aut itinere obortus, ibidem, vj. Sect. 7. versicul. 16.
- in Tibias torporem quando inducat sanguis, de Virg. Morb. v. 18.
- qui Tibias utraque dolet in febre acuta, de Morb. Pop. j. Sect. 3. v. 93.
- si in Tibiis tumor confluerit in aqua intercute, quid agendum, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 75.
- Tibicinæ timor quem & quando corripere, de Morb. Pop. v. vers. 437. vij. Sect. 2. versicul. 330. Epist. 19. v. 22.
- quando Timeat mulier, mensibus male fientibus, de Morb. Mul. j. Sect. 1. v. 235.  
 virgo præ caliginositate, de Virg. Morb. versicul. 27.
- si Timeat prægnans, fœtum an corrumpat, de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 46.
- cum Timeat mulier, atra bilis in uteris existentis quando sit signum, ibid. ij. Sect. 3. v. 91.
- si Timuerint, aliquo vociferante, pueris quid con- tingere soleat, de Morb. Sacr. v. 229.
- cum Timuerit mulier recens enixa, quid patiat, de Morb. Mul. ij. Sect. 2. v. 210.
- Timidiores Aliani præ Europæis cur sint, de Aer. & Loc. Sect. 2. v. 83.
- Timidissimos homines esse ubi necesse sit, ibid. v. 248.
- Timiditas impotentiam artis an significet. Lex, v. 31.  
 a quibus augeatur, de Aer. & Loc. Sect. 2. v. 245.
- Timiditates quid indicent, de Morb. Pop. ij. Sect. 2. v. 33.
- Timiditatis nutrix an imperitia. Lex, v. 31.
- Timidos propellere de lecto quando oporteat, de Morb. Pop. vj. Sect. 7. v. 60.
- Timidus fortitudinem immodestiam cur putet. E- pist. 13. v. 10.
- Timochari, & ejus servo quid acciderit, de Morb. Pop. v. vers. 391. 459. vij. Sect. 2. v. 214. 356.
- Timocrates in Helide quid passus, ibid. v. vers. 6.
- Timonactis filio bimestri quid acciderit, ibid. vj. Sect. 2. v. 430.
- Timor in cura morbo quando invadat, de Morb. ij. Sect. 3. v. 342.



ex perfrigeratione in convulsionem quando finiat. Coac. Præn. Sect. 1. v. 5.  
 quando inducendus, de Morb. Pop. ij. Sect. 4. v. 38.  
 si Timor, & tristitia multo tempore perseveret, atrabiliarium hoc signum est. Aph. Sect. 6. v. 27.  
 præ Timore ne caderet, qui præruptum locum non accessisset, de Morb. Pop. vij. Sect. 2. v. 336.  
 ex Timore ignoto quid defluat, de Morb. Sacr. v. 229.  
 Timores considerandi, de Hum. v. 106.  
 qui Timores ac deliria noctu ingruunt, & ejus insidias esse dicant expiatores, de Morb. Sacr. v. 79.  
 Timores in febre ardente quando fierent, de Morb. Pop. j. Sect. 2. v. 170.  
 Timores in febribus ex somnis, malum. Aphor. Sect. 4. v. 103.  
 ex more quando, & cui facti, de Morb. Pop. iij. Sect. 3. v. 280.  
 pueris qua ætate contingant. Aphor. Sect. 3. v. 60.  
 ex Timoribus adeo fortiter pavere quandoque homines, ut delirent, & demones videre se putent ipsis insectos, de Virgin. Morb. versic. 6.  
 Tinctores pellium quid faciant. Vide Pellium.  
 Tinnitus aurium in quibus lethale. Vide Aurium sonitus.  
 Tisamenus, de Morb. Popul. iij. Sect. 2. versicul. 61.  
 Tithymali foliorum, & succi usus, in cataplasmatibus ad inflammata, de Affection. Sect. 2. v. 96.  
 ad fistulam curandam, de Fist. v. 20.  
 ad os uteri molliendum, de Superstitat. versic. 226.  
 ad sanguinem ex utero ducendum, de Morb. Mul. j. Sect. 3. v. 403.  
 ad stercorea expellendum, de V. R. A. Sect. 4. v. 465.  
 ad subpurgandum pulmonis arteria, aut vena aliqua rupta, de Intern. Affect. Sect. 1. versic. 31.  
 in Tabe, ibid. v. 231.  
 ad uteros purgandum, de Natur. Mul. Sect. 2. versic. 149. 209. de Morb. Mul. j. Sect. 4. v. 229.  
 Titillationem quid inducat in genitalibus, de Officium Nat. v. 246.  
 si Titillentur pueri quo tempore non videant, de Sept. Part. v. 125.  
 Titubans quæ obambulet, de Morb. Popul. vij. Sect. 2. v. 101.

## T Ante O

**T**olerantia quid indicent, ibidem, ij. Sect. 2. v. 33.  
 Tolerantiam majorem in morbis aliquos habere, aliquos vero ad Tolerandum impotentes esse, de Morb. j. Sect. 1. v. 278.  
 Toni in musica quomodo pulsantur, de Diet. j. v. 243.  
 Tonsillæ glandulæ quæ vocentur, & quem usum habeant, de Gland. v. 54.  
 Tonsillæ, morbus scilicet tonsillarum, si fiant, quæ accidant, & quomodo curandæ, de Morb. ij. Sect. 2. v. 81.  
 Pini Index.

pueris qua ætate fiant. Aphor. Sect. 3. versic. 64.  
 Tonsillæ a pituita quomodo ægrotent, de Morb. ij. Sect. 1. v. 107.  
 unde fiant, de Hom. Struct. v. 35.  
 Tonsillarum ulcera securiora quando sint, & quando recurrentia, & periculosa, vel non, de Dent. v. 20. ad 24. 33. 36.  
 qui Tonsillas destillationes vexatas habent, his siccas tusses quid solvat, ibid. v. 31.  
 circa Tonsillas locis suppuratis quæ partes ægrotent quandoque, de Intern. Affect. Sect. 3. v. 353. de Dieb. Jud. v. 57.  
 sub Tonsillis locus ad guttur quando inflammetur in angina, de Morb. ij. Sect. 2. versic. 62.  
 Tonsura qualis esse debeat, de Morb. Popul. vj. Sect. 4. v. 26.  
 quibus Tophi in urinis subsident, unde coacti sint, de Nat. Hom. v. 267.  
 in Tophum quid, & quomodo concreseat in vesica, de Aer. & Loc. Sect. 1. v. 240.  
 si Tormen in alvo inferna oboriatur tabescenti, quid agendum, de Morb. ij. Sect. 2. versic. 343.  
 Tormen in alvo quando inducat humor copiosior, ibid. iv. Sect. 2. v. 130.  
 Tormen, & dolor in ventre quando oboriatur, erysipelato pulmone, ibid. ij. Sect. 3. v. 195.  
 si Tormen cum dolore lateris affuerit, quid agendum, de Vict. Rat. in Morb. Acut. Sect. 4. v. 170.  
 Tormen in dysenteria per ventrem totum quando fit, de Affect. Sect. 1. v. 257.  
 qui Tormen faciunt cibi, quomodo manifesti sint, ibid. Sect. 2. v. 164.  
 Tormen si fiat non febrientibus, quorsum purgante medicamento opus habere significet. Aphorism. Sect. 4. versic. 29. Epist. 21. v. 12.  
 si Tormen ad imum ventrem irruat in febre a bile, quale pharmacum dandum, de Morb. ij. Sect. 2. v. 170.  
 Tormen quæ exhibeant, vel non, de Affection. Sect. 2. versic. 168. ad 173. 185. 190. ad 195.  
 Tormen quale sit, cum infra umbilicum fuerit id quod torquet, aut vice versa, de Humor. v. 31.  
 in Typho quale, & quando succedat, de Intern. Affect. Sect. 3. v. 6. 97.  
 si Tormen circa ventrem, seu umbilicum habuerit mulier, prægnans an sit, de Sier. versic. 86. Aph. Sect. 5. v. 70.  
 Tormen ventriculo quando, & unde oboriatur, de Morb. iv. Sect. 1. versic. 102. Sect. 2. versic. 211.  
 in uteri puerperæ quando fiat, velut fœtus insit, de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 385.  
 si Tormina adsint, & alvus liquida fuerit, & bilis subeat, aut egestiones ejus acres & inæquales prodeant, quid agendum, de V. R. A. Sect. 4. v. 371. 387.  
 Tormina cum doloribus populariter quando facta, de Morb. Pop. iij. Sect. 3. v. 75.  
 circa intestinum tenue incidentia, quibus mala. Coac. Præn. Sect. 3. v. 22.  
 qui Tormina in levitatibus intestinorum patiuntur, quando intumescant, ibid. v. 36.  
 Tormina quibus fiant, si præstus insuper cernaverint, de Vet. Med. v. 154.  
 quibus Tormina sunt, in hydropem siccomatando firmetur lumborum dolor. Aphor. Sect. 4. v. 14.



- Potmina** in ventre quando, & quomodo, ac unde fiant, de Salubr. Diet. verf. 51. de Flatib. verf. 134. de Affectionib. Sect. 1. v. 290.
- circa umbilicum** quandoque a porro & alio quando facta, de Morb. Pop. vj. Sect. 8. v. 42.
- ex Torminoso** subfidentia mala, qualis. Præd. j. v. 266.
- Tornium vinum.** Vide Vini.
- Torpedines** pisces quales, de Diet. ij. v. 204.
- Torpedinis** piscis usus, in aqua interente, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 122.
- in fluxu muliebri**, de Morb. Mul. ij. Sect. 1. v. 135.
- in morbo hepatico**, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 223.
- in tabe**, ibid. Sect. 1. v. 298. 309.
- Torpedo** ex fatuitate cordis quando fiat virginibus, & ex torpedine delirium, de Virgin. Morb. v. 16.
- si Torpedo** habeat, uteris pituita impletis, quid agendum, de Morb. Mulier. j. Sect. 2. verf. 447.
- Torpefactiones** quales ex quilibet, de Morb. Pop. vj. Sect. 6. v. 20.
- Torpefactionis** exolutiones. Vide Exolutiones.
- Torpefactos** medicamento cur non purgandum, de V. R. A. Sect. 4. v. 400. Epist. 21. verf. 24.
- Torquentes** excitare ad quid oporteat, de Morb. Pop. vj. Sect. 7. v. 60.
- Torquentibus** medicamenta an danda. Vide Torpefactos.
- Torpidam** manus cui & quando facta, de Morb. Pop. iv. v. 290.
- Torpidæ** febres. Vide Febres.
- ad manum** mulieres suppuratæ quando fiant. Coac. Præn. Sect. 3. v. 195.
- in motibus præsertim**, cum impotentia fractæ, circa iudicationem vexatæ, anxiosæ, quid patiantur, ibid. v. 161.
- Torpidi** perniciose quando habeant. Prædictio. j. verf. 152. Coac. Prænot. Sect. 1. v. 267. 297.
- Torpidi** venti, de Humor. v. 148. Aphor. Sect. 3. v. 7.
- Torpidos** alvus turbata an valde comitetur. Coac. Præn. Sect. 3. v. 496.
- sanguinis** detractio quando lædat, ibid. verf. 82.
- Torpidum** crus cui & quando factum, de Morb. Pop. iv. v. 290.
- Torpor** capitis cui factus, ibid. vij. Sect. 2. verf. 298.
- caput** quibus occupet, de Salubr. Diet. v. 109.
- de Morb. ij.** Sect. 1. v. 113.
- ex compressione** cur fiat, & quomodo sedetur, de Morb. Sacr. v. 133. de Virg. Morb. v. 18. ad 21.
- si Torpor** corporis fiat in comitialibus, quid indicet. Coac. Præn. Sect. 3. v. 317. Vide Corporis.
- Torpor** in cruribus. Vide, in Cruribus.
- dolorem** quando solvat, de Humid. Usu, verf. 107. Aphor. Sect. 5. v. 47.
- Torpor** femoris e directo in renum morbis, de Morb. Pop. vj. Sect. 1. v. 14.
- Torpor** partes quas occupet, si erysipelas, sive ignis facer in uteris oboriatur, de Natur. Mul. Sect. 1. v. 153. de Morb. Mul. ij. Sect. 3. v. 4. 15.
- in fluxu muliebri**, de Morb. Mul. ij. Sect. 1. v. 7.
- si inflammatio** in pulmone fiat, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 138.
- si repandi** fiant homines, de Art. Sect. 3. verf. 224. 244.
- si uteri** circumversus fuerint, de Morb. Mulier. ij. Sect. 2. v. 89.
- ad inguina** incumbant, ibid. v. 74.
- ad præcordia** consisterint, & suffocent, ibidem, Sect. 1. v. 322.
- Torpor** in quibus fiat, & malum sit. Præd. j. v. 19. Coac. Præn. Sect. 1. v. 119.
- uterum** occupans mulierem in ventre conceptisse signum, de Carn. v. 228.
- in utranque** partem cito translabens qualis. Coac. Præn. Sect. 1. v. 71.
- quæ cum Torpore** exolvuntur, difficilia quando sint, & non perniciofa, ibidem, Sect. 3. verf. 301.
- quibus in Torpore** de naribus parva sit destillatio, quid habeat, & quid conferat. Præd. j. verf. 237. Coac. Prænot. Sect. 1. v. 319. Sect. 2. v. 143.
- Torporem** capitis dolor quando inducat. Coac. Præn. Sect. 1. v. 240.
- Torporem** multarum & magnarum, & nobilium partium quid inducat, de Artic. Sect. 3. v. 119.
- Torpores**, si accedant, quibus malum. Coac. Prænot. Sect. 3. v. 53.
- in femore** si insint, & ad poplitem progrediantur, per tibiamque ad summum pedem procedant, quid sequatur in coxendicum morbo. Præd. ij. Sect. 2. v. 293.
- præter morem** fientes, quid significant. Coac. Præn. Sect. 3. v. 49.
- quibus** accedant, & quando, de Humid. Usu, v. 110.
- quibus per caput** discurrent, eos quid interrogandum. Præd. ij. Sect. 2. v. 216.
- ex rigore** quales, ibid. j. v. 48.
- velut in trucidatis** in quibus fiant, de Veter. Med. v. 417.
- quibus Torpores** vehementissimi sunt, qui morbus diuturnus sit, & qui eos non habeant. Prædict. ij. Sect. 2. v. 282. 289.
- quæ Torquent.** Vide, quæ erumpunt.
- Tortiones** quomodo deligandum. Chir. Offic. v. 174.
- Torvitas** faciei quando malum. Præd. j. verf. 68. Coac. Præn. Sect. 1. v. 330.
- Tosta** alvum cur magis sistant, quam cruda, de Diet. ij. v. 349.
- Tot**, & talia, de Humor. v. 45.
- Tota** qui dividant, & divisa componant, de Diet. j. v. 233.
- Tota** totorum temperaturam habentia quando irropant in hominem, ibid. v. 107.

## T Ante R

- T**Rabis usus, ad brachium luxatum reponendum, de Art. Sect. 1. v. 88. ad 92.
- ad femur** luxatum reponendum, ibid. Sect. 4. v. 182. 185. 342.
- ad pedem** luxatum extrahendum, de Fract. Sect. 2. v. 128.
- in Tractatione** fracturarum quid defectuose, aut redundanter factum esse, quando scire oporteat, ibid. Sect. 1. v. 162.

Tracto.



**Tractorium** instrumentum ad extrahendum ossa fetus mortui in utero, de Morb. Mulier. j. Sect. 3. v. 285.  
**Tractus acutus** in venis quomodo fiat, & quid causet, de Morb. j. Sect. 1. vers. 217. 245. Sect. 2. v. 47. 48.  
**Tragii**, & fructus ejus ad sterilem, de Steril. vers. 255.  
**Tragus**. Vide Trygis.  
**Tragodiarnum** personis qui medici sint simillimi, Lex, v. 9.  
**Tranquillitas** in morbo quid significet. Præcept. v. 134.  
**Transire** an oporteat ad aliud, manente eo quod visum est ab initio. Vide, secundum rationem omnia facienti.  
**Transitio** febrium aliarum in morbos acutos, qualis sit, de Affect. Sect. 1. v. 117.  
**ad Transitus** festus soles quos requirantur, de Alim. v. 95.  
**Transitus**, de Morb. Popular. vj. Sect. 6. versic. 17.  
 si **Transitus** ex altero ad alterum fiat, quando tutum sit. Aph. Sect. 2. v. 78.  
**Transitus** apertos esse quomodo oporteat, de Morb. Pop. vj. Sect. 2. v. 57.  
**Transitus** morborum ex quibus in quos fiat, de Morb. j. Sect. 1. v. 57.  
**Transitus** similes sint, nec ne, scire oportere, de Humor. v. 51.  
**Transitus** tardi cur sit aqua, de V. R. A. Sect. 3. v. 100.  
**Tardioris** qui sint petus, ibid. Sect. 4. versic. 324.  
**ubi Transmori** uteri ex natura fuerint, qualis fiat morbus, de Loc. Homin. Sect. 2. versic. 320. ad 323.  
 Vide, si **Uteri transmori**.  
**Transmotionem** ex presenti statu in somnis quid significet, de Insomn. v. 139.  
**Transmotiones** faciliores, ac frequentiores fortibus quando fiant, de Sept. Part. v. 54.  
**quæ Transmovent** statum præsentem, omnia medicamenta esse, & quæ transmoveant, de Locis Hominum, Sect. 2. versic. 276. ad 279.  
**Transmutationes** locorum ac victus quandoque morbos facere, de Oct. Part. v. 36.  
**Transmutationes** per tempora venientia quæ habeant, de Sept. Part. v. 128.  
**Transmutare** quibus, quomodo, & quando oporteat, de Morb. Popularib. vj. Sect. 6. vers. 24.  
**Transmutari** frequenter in quibus malum. Præd. j. v. 17. Coac. Præn. Sect. 1. v. 120.  
 cum **Transmutatur** quod offertur. Vide, quod Offertur.  
**quæ Transmutentur** ægre, seu facilius, de Alim. v. 115.  
 facile & a natura, & a fortuna, de Dec. Orn. v. 110.  
 ex **Transmutatione** sanguinis quid fiat, de Ule. v. 34.  
**Transmutationem** quæ in somnis significant, de Insomn. v. 160.  
 quando habeant comitiales morbi. Aph. Sect. 5. v. 8.  
**Transmutationes** magnas in utraque partem quæ corpora habeant, de Diet. j. v. 383.  
**Transmutationes** multæ, & omnimodæ, ex quibus & ubi fiant, de Aer. & Loc. Sect. 2. v. 233.

Pini Index.

plurimæ ac multiformes quantum delectent, de Diet. j. v. 240.  
**Transpirare** per pectus se putare, pulmone ad latus prolapsa, de Morb. ij. Sect. 3. versic. 170.  
**Transpirationis** consideratio, de Morb. Popul. vj. Sect. 5. v. 7.  
 qui **Tremant** in omni opere, de V. R. A. Sect. 4. v. 334.  
**Tremantes** ac soporosi qui moriantur. Præd. j. v. 125.  
 a quibus **Tremor** corpus occupat, morbi quas partes imperant, de Loc. Homin. Sect. 1. vers. 84.  
**Tremor** difficilis in quibus sit. Coac. Præn. Sect. 3. v. 197.  
 in igne sacro uterorum quando occupet, de Morb. Mul. ij. Sect. 3. v. 4.  
**Tremor** ex lethargo. Vide, ex Lethargo.  
 a manibus prima die cui cæperit, de Morb. Pop. ij. Sect. 1. v. 1.  
 in morbo sacro quando apprehendat, & quando fedetur, de Morb. Sacr. versic. 150. 157.  
 in rigore qualis fiat, & cur, de Morb. j. Sect. 2. v. 178. Vide Tremores corporis.  
 septima cui factus in febre ignea, de Morb. Pop. j. Sect. 3. v. 238.  
 statim quibus fiat, si prænati non fuerint, de Vet. Med. v. 158.  
 cum stuporis detentione, quid exacerbet. Præd. j. v. 275.  
**Tremor** vocis interceptiones quando solvantur. Coac. Præn. Sect. 1. v. 36.  
 ad **Tremorem** corporis totius res cui devenerit, de Morb. Pop. iv. v. 377.  
**Tremores** convulsorii sientes in sudoribus, reverti solent, his judicatio quando fiat. Præd. j. v. 157. Coac. Præn. Sect. 2. v. 162.  
 corporis cum horroribus cur accidant, de Flat. v. 104. Vide Tremor in rigore.  
**Tremores** in febribus ardentibus obortos, quid solvat, de Judic. vers. 135. Aphor. Sect. 6. v. 31.  
 quibus Tremores in febribus circa judicationem cessant, his quid fiat. Coac. Præn. Sect. 1. v. 188.  
**Tremores** insuper rigentes succedentes judicant, ibid. v. 36.  
 maligni, & lethales quibus sint. Præd. j. v. 20. Coac. Præn. Sect. 1. v. 121. 125. Vide, qui Tremuli fiant.  
 parvi in jam perniciosi. Coac. Præn. Sect. 1. v. 76.  
 quibus accedant, aut fiant, de Humid. Usa, v. 109. Prædict. j. v. 62. Coac. Præn. Sect. 2. v. 115.  
 senioribus quando fiant, & quid causent. Coac. Præn. Sect. 3. v. 103.  
 cum Tremores totum corpus ex partu detineant, quid factum sit, de Morb. Popul. ij. Sect. 4. v. 42.  
**Tremulæ** affectiones. Vide Affectiones.  
 quæ Tremulæ desinant affectiones. Prædict. j. v. 12.  
**Tremulæ** febres quibus oboriantur, de Fractur. Sect. 2. v. 77.  
 quæ Tremulæ fiant recidivæ. Coac. Præn. Sect. 1. v. 159. Sect. 3. v. 237.  
**Tremulæ** manus. Vide manibus Tremuli.  
**Tremuli** in accipiendo, seu manibus. Vide Ibidem.

Ff 3 qui



qui Tremuli fiant, & maligne habeant, aut phrenitici sint. Prædict. j. v. 22. Coac. Prænot. Sect. 1. v. 116. 122. 124.  
 Tremuli ex manibus quæ patiantur. Coac. Prænot. Sect. 1. v. 181.  
 qui Tremuli moriantur, ibid. v. 383.  
 Tremulis anxiosis convulsionem quid significet, ibid. Sect. 2. v. 170.  
 Tribuli ad mare nati usus, ad secundas, menses, & foetum detrahendum, de Natur. Muliebr. Sect. 2. vers. 3. de Morb. Mulier. j. Sect. 4. v. 2. 282.  
 Trichiasis quid, & quomodo curetur, de Vi. Chus Ratione in Morbis Acutis, Sect. 4. vers. 431.  
 Triens, de Morb. Mul. ij. Sect. 2. v. 433. Sect. 3. v. 352. 404.  
 Trifolii foliorum, & seminis usus in cataplasmatibus tumorum, & inflammationis, de Ulcer. v. 84.  
 ad partus purgamenta, menses foetum educendum, de Natur. Muliebr. Sect. 3. vers. 274. de Morb. Mul. j. Sect. 3. v. 530.  
 in pleuritide, de Morb. ij. v. 319.  
 in potione in febre ardenti, ibidem, versicul. 416.  
 in quartana, aut tertiana febre, ibid. ij. Sect. 2. v. 199. 209. 216.  
 ad uteros purgandum, de Natur. Mul. Sect. 2. v. 74.  
 Trigesima prima, aut trigesima quarta die incipientes sudores quales, de Jud. v. 51. Aph. Sect. 4. v. 55.  
 Trigesima quarta qui judicati, & qui mortui. Vide Die Trigesima.  
 Trigesimo die suppurationes quasdam rumpi. Prænot. v. 232.  
 Trigesimus dies, trigesimus primus, trigesimus quartus, an judicatorius, de Morb. Popul. j. Sect. 3. vers. 39. 43. de Dieb. Judic. vers. 103.  
 Triginta, & quatuor dierum qui sit circuitus. Præn. v. 314.  
 Trimestres foetus cur perdant semper eodem tempore quædam mulieres. Vide foetum Menstruum.  
 in Triplicitate quid perficiatur, de Morb. Popul. ij. Sect. 3. v. 121. 122. in margine, vj. Sect. 7. v. 89. 90.  
 Tripodes, Epist. 27. v. 51. 81.  
 Triptolemus ceteris semina an dispergeret, Epist. 2. v. 18.  
 Tristari & indignari. Vide Indignari.  
 qui Tristentur in rebus nihil ad se pertinentibus, de Diet. j. v. 479.  
 quando Tristetur, & an angatur homo, de Morb. Sacr. v. 313. Epist. 19. v. 11.  
 quando Tristetur mulier, si ignis facer in uteris fiat, de Morb. Mul. ij. Sect. 3. v. 13.  
 si inflati fuerint uteri, de Natur. Mul. Sect. 2. vers. 353. de Morb. Mulier. ij. Sect. 2. v. 224.  
 Tristes, & amarulenti qui fiant a malo victu, de Vict. Rat. in Morb. Acut. Sect. 2. versicul. 154.  
 Tristes, anxios, & ægrotos, ac se strangulare volentes, quomodo curandum, de Loc. Homin. Sect. 2. v. 182.  
 cum Tristis fuerit mulier, atrabilis in uteris quando insit, de Morb. Mul. ij. Sect. 3. v. 91.  
 Tristis mulier quando sit ex mensibus, ibidem, j. Sect. 1. v. 234.

Tristitia desperata quem corripere in febre, de Morp. Pop. ij. Sect. 2. v. 43.  
 si Tristitia multo tempore perseveret, atrabilium signum, Aphor. Sect. 6. v. 17.  
 Tristitia ex perfrigeratione præter rationem in quid finiat. Coac. Præn. Sect. 1. v. 5.  
 si ex Tristitia non fiant quædam, quando veratrum dandum, de V. R. A. Sect. 4. vers. 309.  
 Tristitia quibus fiat, si pransi non fuerint, de Vet. Med. v. 160.  
 Tristitiæ consideratio in ægtis, de Humor. vers. 202.  
 Tristitiæ in febre ardente quando fierent, de Morb. Pop. j. Sect. 2. v. 170.  
 Tristitiæ cum silentio quos occidant. Coac. Præn. Sect. 3. v. 63.  
 unde nobis contingant, de Morb. Sacr. v. 291.  
 Triticea ptisana. Vide Ptisana.  
 Triticeis sorbitionibus quando utendum in pleuritide, de Loc. Hom. Sect. 2. v. 12.  
 Triticeus panis. Vide Pane.  
 Tritici farina. Vide Farinæ triticeæ usus.  
 Tritici vires, & facultates, de Diet. ij. v. 117.  
 Tritici usus in abortientibus, de Secret. vers. 451.  
 in alvi egestionibus acerbis, & inæqualibus, de V. R. A. Sect. 4. v. 383.  
 ad intestinorum lævitatem. North. Morb. Mul. v. 70.  
 si ex partu fluxus corripit, de Natur. Mul. Sect. 3. v. 4. de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 333. Sect. 4. v. 165.  
 in potibus, de Natur. Mul. Sect. 2. v. 86. de V. R. A. Sect. 3. v. 111.  
 ad puerperii purgamenta ex partu purgandum, de Morb. Mul. j. Sect. 3. v. 506.  
 si uteri exciderint, sive transmoiti fuerint, de Morb. Mul. Sect. 3. v. 35. de Morb. Mul. ij. Sect. 2. v. 197.  
 ex Tritico panem quomodo fecerint antiqui, de Vet. Med. v. 56.  
 Tritico similis herba quæ sit, de Ulcerib. vers. 153.  
 ex Tritico trimestri pane quibus utendum, de Diet. ij. v. 330.  
 Triticum edens crudum, & non elaboratum, quid perpetiatur, & quomodo curandum, de Vet. Med. v. 190. 198.  
 Triticum humidum, & madefactum intus calidius esse, quam siccum, de Nat. Puer. v. 331.  
 Triticum a tritico differre, de Diet. ij. v. 9.  
 Trochlea quando utendum, de Art. Sect. 3. vers. 67.  
 ad Trojam res gestas fabulam non esse, sed facta. Epist. 27. v. 206.  
 ex Troximis, hoc est, his quæ cruda eduntur, quibus utendum in splenis morbo, de Inter. Affect. Sect. 2. v. 283.  
 Trygis, idest, tragus, sive olyra qualis, de Diet. ij. v. 140.

## T Ante U

**T**ubercula in alarum glandulis quando producantur, de Gland. v. 68.  
 ad articulos quibus fiant, & quibus fiant, hi quid faciant. Vide Dolores articulorum.  
 quibus Tubercula juxta aures facta essent, his judicatio quando facta sit vigesima die, de Morb. Pop. j. Sect. 2. v. 221.

Tuber-



Tubercula juxta aures, seu circa eas, in febribus cum dolore oborta quibusdam febre judicatorio modo deficiente, neque sedantur, neque suppurantur, hæc quid solvat, ibid. v. 198.

qualia, quando, & quibus facta, ibid. Sect. 1. v. 10. Sect. 2. vers. 140. Sect. 3. vers. 191. 194. iv. vers. 18. 40. 144. 380. v. vers. 476. vij. Sect. 1. v. 58. Sect. 2. v. 421.

quibus circa judicationem exorta sunt, his quando recidiva fiat, de Humor. v. 199. de de Morbis Popularibus, vj. Sect. 4. versicul. 1.

Tubercula bona, vel mala quæ sint, de Morb. Pop. vj. Sect. 1. v. 24.

ex carne enascentia a quibus in somnis significantur, de Insomn. v. 92.

sub cervicem oborta pueris epilepticis quid significet. Præd. ij. Sect. 1. v. 229.

ubi Tubercula in corpore nascuntur, excretiones quomodo considerare oporteat. Aph. Sect. 2. v. 17.

Tubercula circa crassam venam enata quibus sint, & suppurata, postea tuberculis non cito effractis, quid sequatur, de Nat. Hom. vers. 267.

quæ Tubercula sub cutem abscedunt foras, velut patrescentia, & quæ suppurantur, qualia sint, de Morb. Pop. ij. Sect. 1. v. 53.

Tubercula deprehendere & dissolvere posse, maxime artificiosum haberi, de Medicin. versic. 98.

Tubercula dura, partim majora, partim minora in mammis quando fiant, quæ non suppurantur, sed duriora semper fiunt, de Morb. Mul. ij. Sect. 1. v. 420.

circa fauces quando fierent, de Morb. Pop. iij. Sect. 3. v. 43.

Tubercula fieri vero. Aphorism. Sect. 3. versicul. 49.

Tubercula ad gingivas circa dentes magna, velut uvæ acini livida, nigrescunt, doloris exorta, cui & quando facta, de Morb. Popul. vij. Sect. 2. v. 70.

qui Tubercula habent sive in superiore, sive in inferiore ventre, aut in pulmone, an suppurati fiant, de Morb. j. Sect. 1. versicul. 178.

Tubercula habentes, sive inflatos, medicamento cur non purgandum, de V. R. A. Sect. 4. vers. 404. Epist. 21. v. 26. Vide Intumescences.

Tubercula judicantia febres, de Morb. Popularibus, ij. Sect. 1. versic. 92. vj. Sect. 3. vers. 56.

Tubercula in latere quomodo fiant. Vide, in Latere.

magna, dura, sine dolore circa pubem, & in collo quibus fuerint, de Morb. Pop. v. vers. 342. vij. Sect. 2. v. 262.

Tubercula mammarum. Vide in Mammis. quibus Tubercula non matura facta, sed extincta fuerint in cruribus, sanguis e naribus fluere quando soleat, de V. R. A. Sect. 4. versic. 197.

Tubercula morbi quando fiant, de Gland. versic. 10.

Tubercula omnia unde enascantur, & quid ipsis conducat, de Affect. Sect. 2. v. 67.

plurima cur fiant circa hepar, & septum transversum, de Vet. Med. v. 426.

quibus Tubercula in pulmone fiunt, quando pus

educant, & tabidi fiant. Coac. Præn. Sect. 2. v. 316.

si Tubercula in pulmone fuerint enata & aqua repleta, & in pectora rupta, quid causent, & quibus animalibus talia fiant, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 82. ad 88.

Tubercula in pulmone a quibus fieri soleant, & suppurari, ibid. Sect. 1. v. 88.

qualia fiant pueris. Aphorism. Sect. 3. versic. 67.

Tubercula succedere quibus sit necesse. Prædict. ij. Sect. 2. v. 209.

Tubercula suppurata, & strumosa in quibus magis, vel minus fiant, & facilius vel difficilius sanentur, ibid. Sect. 1. v. 249.

Tubercula tonsillarum scalpello quando pertundenda, de Morb. ij. Sect. 2. v. 86.

Tubercula unde oboriantur, de Salubr. Diet. vers. 108.

quibus Tubercula in urinaria fistula. Vide, quibus Tuberculum circa vesicam.

Tuberculi affectio per quot dies inflammetur, de Morb. ij. Sect. 3. v. 141.

ex Tuberculi intus raptione exolutio vomitus, & animi deliquium fit. Aphorism. Sect. 7. v. 6.

quod a Tuberculis aqua inter cutem fiat, ex quibus animalibus testimonium sumat, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 83.

ex Tuberculis fistulae quando fiant, de Fistul. vers. 1. 5.

Tuberculis circa pulmonem duris ac crudis qui plerumque affecti sint, de Articul. Sect. 3. vers. 17.

a Tuberculis pus in utero factum quid causet, de Ster. v. 20.

de Tuberculis quid videndum, & quomodo res se habeant, de Medic. v. 97. de Judic. vers. 63.

ex Tuberculis scire quid oporteat, de Humor. v. 52.

Tuberculis terminthi, seu terebinthi, figuram habentibus, qui non corripantur, de Humor. versic. 189. de Morb. Pop. vj. Sect. 3. vers. 60.

si Tuberculo foras non converso ac collecto, dissipentur rubores in angina, quid sequatur. Prænot. vers. 353. Coac. Præn. Sect. 2. vers. 192.

Tuberculorum collectiones juxta venas habere solentibus, quid conveniat, de Humid. Usu, v. 118.

inflammationes, & quæcunque posterius apparent, quid ostendant, de Morb. Popular. ij. Sect. 1. v. 29.

Tuberculorum magnorum abscessum fieri, quando sit necesse, de Jud. v. 38.

Tuberculosi multi unde facti, de Artic. Sect. 3. v. 266.

Tuberculum, de Alim. v. 35.

si Tuberculum in angina ad externam partem non convertatur. Vide, si Tuberculo foras.

ad Tuberculum in collo durum, & magnum, & crudum, ac dolorosum, quid contulerit, de Morb. Popularib. v. vers. 379. vj. Sect. 2. 195.

Tuberculum durum circa sedem cui abscesserit, quod multo tempore inconcoctum manens, erupit ad intestinum, & foris fistulosum fiebat, ibid. vj. Sect. 2. v. 45.

ubi sit in tonsillis, de Morb. ij. Sect. 2. vers. 82.



- Tuberculum juxta hepar sursum ad præcordium cui factum, de Morb. Pop. vij. Sect. 2. v. 130.
- velut Tuberculum supra inguen ex mensibus re-tentis quando fiat, & quale, & quomodo, & quando sedetur, vel suppuretur, de Nat. Puer. v. 103. de Morb. Mul. j. Sect. 1. v. 100.
- cum Tuberculum in latere sit. Vide, in latere Tubercula.
- Tuberculum sub lingua si fiat. Vide, sub lingua Tuberculum.
- cum Tuberculum nascens ad sedem senserit, eru-dum cur secundum, priusquam suppuretur ad rectum intestinum, de Fist. v. 12.
- Tuberculum in palato inurendum quando sit, de Morb. ij. Sect. 2. v. 96.
- in pulmone quomodo fiat, quæ accidentia & signa habeat, quomodo curandum, quantum duret, & quando perimat, vel non, ibid. j. Sect. 2. v. 19. ad 44. ij. Sect. 3. v. 139. ad 153. Vide Tubercula.
- quibus Tuberculum circa vesicam est, quod min-gendi difficultatem inducit, seu quibus tuber-culum in urinaria fistula nascitur, his solu-tio quomodo fiat. Aphor. Sect. 4. v. 128. Sect. 7. v. 69. Coac. Præn. Sect. 3. v. 45.
- Tadricula ad agitandum obsonia quædam, de In-tern. Affect. Sect. 3. v. 146.
- quæ Tumefacere solent pharmaca, ulcera qualia astringant, de Loc. Homin. Sect. 2. versic. 176.
- Tumefacere ulcus quando, & cur profit, ibid. v. 179.
- Tumefacientia quando tumefaciant, ibid. versic. 273.
- Tumefacti medicamenta an danda. Vide Intume-scentes medicamentis.
- Tumens pallidus existens. Vide, cum Pallidus exi-stens.
- Tumens pulmo præ calore. Vide, cum Pulmo tumuerit.
- Tumida puerpera quando fiat, de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 292.
- si fuerit partui vicina, quid indicet, de Superf. v. 86.
- Tumidi quæ patientur. Coac. Præn. Sect. 1. vers. 182.
- Tumidior qui sit ex cibo sumpto. Præd. ij. Sect. 1. v. 112.
- Tumidum facere agrum quando conducatur, de Loc. Homin. Sect. 2. v. 96. 162.
- quando Tumor accedat, & dolor, carne circa os calcanei contusa, de Fract. Sect. 2. v. 59.
- Tumor sub alis initium sumens, per totum latus durus, rubicundus, lividus, velut ab igne ca-lefactus, & iniustus, cui factus, de Morb. Pop. vij. Sect. 2. v. 34.
- si Tumor non appareat in vulneribus fortibus ac pravis, magnum malum. Aphor. Sect. 5. v. 123.
- in articulis, seu genibus fiat in typho, quan-do & quomodo cucurbita affixa sanguinem detrahendum, de Intern. Affect. Sect. 3. v. 66. 68.
- Tumor circa aurem, magnus quibus fiat. Coac. Præn. Sect. 1. v. 136.
- vigesima cui cæperit, de Morb. Pop. v. vers. 114.
- cui Tumor in capite depascendo proserpebat, quid profuerit, ibid. vj. Sect. 4. v. 17.
- Tumor cerebri. Vide Cerebri.
- Tumor ad contactum suppurato similis cui esset, de Morb. Pop. iv. v. 272.
- Tumor corporis in alba pituita qualis sit, de Af-fect. Sect. 1. v. 193.
- si Tumor, & dolor fiat, sputo pro flavo puru-lento fiente, & foras procedente in peripneu-monia, quid sequatur. Præn. v. 282.
- Tumor durus & dolorosus in præcordio. Vide, in præcordiis Tumores.
- Tumor in faciem, & in pectus, & in pedes, quando descendat, & quando in capite initatur, in pulmonis varice, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 112.
- circa femur sinistrum obortus, dærepente eva-nescens, quid induxerit Anaxenori, de Morb. Pop. vij. Sect. 2. v. 470.
- ad genu cui obortus sit ex lassitudinibus ac exercitiis, ibid. v. 68. 73. Vide Genu do-lor.
- sub guttur anginosæ quando factus, ibid. v. vers. 358. vij. Sect. 1. v. 342.
- sub maxillis in tonsillis, de Morb. ij. Sect. 2. v. 81.
- cui Tumor obortus circa ulcus fuerit, huic tu-mor puris subsidentiam quando habeat, de Ulc. v. 62.
- si Tumor obtinuerit in aqua intercute, color quando fiat pallidus, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 162.
- oboriatur in angina, & ad pectus intumescat, ac collum, rubicundus sit, & ardeat, quæ spes sit, de Morb. ij. Sect. 2. v. 36. 49. A-phor. Sect. 6. v. 43. Sect. 7. v. 56. Vide, si tuberculo foras.
- Tumor in oculis lippientibus quomodo conside-randus, & quid indicet. Præd. ij. Sect. 2. v. 53. ad 58. 67. ad 71.
- partium extremarum deligatarum durus quan-do efficiatur, de Fract. Sect. 3. v. 78.
- pectora quando detineat, erysipelato pulmone, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 166.
- Tumor in pedes. Vide, in pedibus Tumor.
- a pedibus exorsus, & ad crura ac lumbos pro-cedens mulieribus quando fiat, si ignis facer in uteris oboriatur, de Nat. Mul. Sect. 1. v. 184. de Morb. Mul. ij. Sect. 3. v. 1. 9.
- Tumor in præcordiis durus & dolorosus. Vide, in præcordiis Tumores duri.
- a præcordiis, & laterum mollitudine ad locos inferiores quando descendat prægnantibus, & cur, de Sept. Part. v. 51.
- si Tumor puerorum statim natorum non resideat ante tertium diem, aut paulo serius, quid patientur, de Octim. Part. v. 25.
- Tumor, qua corporis parte incubuerit sanguis, quando fiat mulieri, de Morb. Mul. j. Sect. 1. v. 155.
- qualis esse debeat, & quando, ac ubi in parti-bus deligatis. Chir. Offic. v. 156. de Fract. Sect. 1. v. 103. 119. 125.
- rectus, vel ad alteram partem vergens in anginosus quid faceret, de Morb. Pop. ij. Sect. 2. v. 91. 99. 106.
- rotundus juxta splenem cui factus, ibid. vij. Sect. 1. v. 172.
- cum Tumor rubicundus ignis sacri speciem refe-rens accesserit in facie & oculis vulnerati in capite, & doleat, quid agendum, de Capit. Vuln. v. 323. ad 330.
- Tumor & rubor in pectore accedens ab angina detento, est bonum. Vide, si Tumor obo-riatur.



¶ Tumor in scroto & femoribus, ac tibiis constitit in aqua inter cutem, quid agendum, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 75.

Tumor subruber durus colli & pectoris in angina quando factus, de Morb. Pop. ij. Sect. 2. v. 47.

Tumor in tibiis in quo morbo infarciatur, de Morb. ij. Sect. 1. v. 150.

in tibiis ac pedibus quando insit, & in totum corpus plerisque quando deducatur, in aqua intercuti, de Intern. Affectionib. Section. 2. v. 113. 159.

tuberculosus juxta hepatis ad imum ventrem Cleotimo quando descenderit, de Morb. Pop. vij. Sect. 2. v. 129.

in vulneribus quando malus vel bonus. Vide, si Tumor non appareat.

¶ Tumore non existente in faucibus deglutire vix poterit, & suffocatio derepente contingat, quando lethale. Aphor. Sect. 4. v. 50. 52. Coac. Præn. Sect. 2. v. 32.

Tumore quali corpus intumescat, in pituita alba, de Morb. ij. Sect. 3. v. 325. de Affect. Sect. 1. v. 192. de Intern. Affection. Sect. 2. vers. 32.

Tumorem aliquem quando faciat dysenteria, de V. R. A. Sect. 4. v. 277.

Tumorem attolli quomodo oporteat, & ubi, erui re fracto, de Fract. Sect. 2. v. 107.

Tumorem circa aurem quæ faciant. Præd. j. v. 287. Coac. Præn. Sect. 1. v. 239. Sect. 3. v. 379.

Tumorem fieri foras in collo in angina. Vide, si Tumor oboriatur.

habere disparationem ossium quando necesse sit, de Fract. Sect. 3. v. 355.

ab hepate cum manu quando detrudendum, uteris ad hepatis conversis, de Nat. Mul. Sect. 1. v. 32. de Morb. Mul. ij. Sect. 1. vers. 341.

ad ulcus elevari in fractura, quibus necesse sit, de Fract. Sect. 3. v. 25.

Tumores albi in facie in quo fluxu muliebri sint, de Morb. Mul. ij. Sect. 1. v. 146.

allevantes præter rationem, pravum quando sit, de Morb. Pop. ij. Sect. 3. v. 140.

qui Tumores albo humecta elevantur cum doloribus, albo vero suppressa, & nulla renovata, cito rumpuntur, quales. Coac. Præn. Sect. 3. v. 373.

Tumores circa alvum quibus fiant, & ubi, in aqua intercuti. Prænot. v. 121. Coac. Præn. Sect. 3. v. 14.

anginosi in linguis quando perniciosi. Coacar. Præn. Sect. 2. v. 202.

Tumores in articulis frigida quomodo levet, de Humid. Usu, v. 105. Aphor. Sect. 5. vers. 45.

Tumores ad articulos quibus fiant, & quando boni, de Morb. Popularib. vj. Sect. 1. vers. 31.

Tumores circa aurem emergentes, quando maligni. Coacar. Prænotion. Sect. 2. v. 59.

in longis morbis quando lethales & pravi, ibid. Sect. 1. v. 133. 306.

oborti quos occidunt, ibid. Sect. 2. v. 90.

ex pluribus graveolentibus quando occidunt, ibid. Sect. 1. v. 303.

quibus fiant, ibid. vers. 274. Sect. 2. v. 14. 20.

fideratis quando mali, ibidem, Sect. 1. vers. 305.

Tumores juxta aures, qui non solvebantur, & nullam de se significationem præbebant, quando facti, de Morb. Pop. j. Sect. 2. v. 74.

Vide etiam Tumores parvi.

Tumores ex compressione ferularum elevatos quomodo curandum, de Fract. Sect. 2. v. 267. ad 274.

Tumores in dextris elevati quando non valde maligni putandi, de Morb. Pop. iv. v. 352.

Tumores in extremis partibus potius habere, vel nullibi, in hydrope bonum. Præd. ij. Sect. 1. v. 158.

circa faciem cum sopore qui habeant, ibidem, j. v. 286. Coac. Præn. Sect. 1. v. 271.

Tumores glandularum. Vide Glandularum aurium, & ex glandularum Tumores.

Tumores inflammationis exortes ex vulnere obortos, quomodo deligandum. Chir. Offic. v. 167.

Tumores inguinum succedere mulieribus. Vide Inguinum.

Tumores laxi, boni, crudi mali. Aphor. Sect. 5. v. 123.

in eruribus, aut sub oculis quando fiant in fluxu muliebri, de Morb. Mul. ij. Sect. 1. vers. 39. 150.

Tumores laxos quando producant venæ repletæ, de Natur. Puer. v. 97.

Tumores in lippitudinibus aut ulceribus erumpentes considerandi, de Morb. Pop. vj. Sect. 8. v. 40.

Tumores lividi ubi fiant, uteris erysipelatis, de Morb. Mul. ij. Sect. 3. v. 9.

quibus Tumores magni facti emarcescunt, ac rursus attolluntur in hydrope, hi an convalescant. Præd. ij. Sect. 1. v. 174.

Tumores molles & doloris exortes in præcordiis. Vide, in præcordiis Tumores.

Tumores in morbis quando multos infestarent, maxime tabidos, de Morb. Pop. ij. Sect. 3. v. 103. 120.

mulieribus hyeme ubi oboriantur, de Aer. & Loc. Sect. 1. v. 137.

Tumores in palpebris supernis relictæ. Vide, in Palpebris supernis.

parvi juxta aurem quibus convulsionem significet. Coac. Præn. Sect. 2. v. 171.

parvi circa aures citra signa cui & quando appaerint, de Morb. Pop. vj. Sect. 2. v. 25.

circa pedes aquosi cui & quando fiant, ibid. Sect. 1. v. 132.

Tumores circa pedes, seu in pedibus qui habeant suppurati. Præn. v. 248. Coac. Præn. Sect. 2. v. 299.

si Tumores in pedibus accesserint, quid significant. Præd. ij. Sect. 2. v. 259. 278.

Tumores in pedibus fientes & sponte, & non sua sponte, in quibus neque tumores, neque inflammatio a cataplasmatibus sedatur, quam causam habeant, de Ulc. v. 236.

Tumores perfringere quando oporteat. Vide Perfringere.

Tumores juxta popliteum, aut circa pedem. Vide Tumores ex compressione.

Tumores in præcordiis recentes quid solvat. Vide Præcordiorum dolores & Tumores.

Tumores præcordiorum qui mali & periculosi, & mortiferi, & qui non. Vide, in præcordiis Tumores duri.

Tumores quales convulsionem faciant, vel gemellorum partum significant. Coac. Præn. Sect. 3. v. 192.



- diuturniores iudicationes faciant, & minus hor-  
rendi sint, vel periculum mortis denotent.  
Vide, in præcordiis Tumores.
- fiant in hyeme, de Nat. Homin. v. 125.
- quibus Tumores somnolenti torpidi sunt, his do-  
lor ad latus superveniens quid faciat. Coac.  
Præn. Sect. 1. v. 74.
- qui Tumores non suppurantes lethales, ibid. vers.  
306.
- Tumores circa tenue intestinum prægnantibus dif-  
ficiles, quales circa eminentias osculi uteri  
sunt, & tales quid significant, ibid. Sect. 3.  
v. 191.
- Tumores in tibia terebinthi, vel terminthi, fru-  
ctui similes. Vide Terebinthi fructui.
- in ventre, seu circa ventrem abscessus an fa-  
ciant & suppurentur, quid significant, & quan-  
do lethales, de Jud. v. 64. Præn. vers. 102.  
Coac. Præn. Sect. 2. v. 44.
- quibus Tumores in ulceribus apparent, quid non  
patiantur: his autem de repente dissipatis,  
quæ accidunt, de Morb. Pop. ij. Sect. 3. v.  
137. Aphor. Sect. 5. v. 118.
- quicumque Tumores uteri in partu, aut ex partu  
fiunt. Vide, qui in Partu aut ex partu.
- si Tumores in vulneribus permanserint, quid cau-  
sent, & ubi. Præd. ij. Sect. 2. v. 34.
- Tumori flatuoso quid prodest, ibid. j. v. 142.
- Tumorum cataplasmata. Vide Cataplasmata.
- Tumorum diuturnorum omnium suppuraciones  
ubi, & quomodo considerare conveniat. Præ-  
not. v. 105.
- Tumorum qualium plerisque antea propulsentur.  
Coac. Præn. Sect. 1. v. 317.
- ad Tumultus fientes compescendos constantiæ apud  
se ipsum meminisse qui debeat, de Dec. Or-  
nat. v. 103.
- Tunica circum cerebrum. Vide Membrana, sive  
Tunica.
- Tunica fistulæ quot diebus computrescat, de Fist.  
v. 49.
- in Tunica hepatis quibus pus insit. Aphor. Sect.  
7. v. 51.
- in Tunica qui tumores fiant. Coac. Præn. Sect.  
2. v. 46.
- Tunica quomodo facta. Vide membrana Tunica.
- Tunicæ nucum quid faciant, de Diet. ij. versic.  
335.
- oculorum unde fiant, & quales sint, de Carn.  
v. 183. 185. 190.
- Tunicam ambientem oculum. Vide, quæ Oculum  
ambit.
- Tunicam qualem circumdantem cor habeat, &  
ejus usus, de Cord. v. 2.
- quid appellet, de Carn. v. 190.
- Turba quando oboriatur mulieri, de Morb. Mul.  
ij. Sect. 1. v. 309.
- Turbam multam concitare, & nullam utilitatem  
afferre, quando sit turpe, de Artic. Sect. 3.  
v. 79.
- ad Turbas castigandas increpatio. Vide Increpa-  
tiones.
- Turbantia, de Humor. v. 113.
- Turbata urina quid significet. Coac. Præn. Sect.  
3. v. 278. Vide Urina aquosa, & urina cras-  
sa, alba, Turbata.
- in Turbatis vigilantibus quæ urinæ phreniticæ.  
Præd. j. v. 6. Coac. Prænot. Sect. 3. versic.  
282.
- Turbatio aeris repentina. Vide Aeris.
- per alvum tempestiva morbum qualem, & quando  
solveret, de Morb. Pop. ij. Sect. 3. v. 39.
- corporis facultatum ex quibus minime contin-  
gat, de Vet. Med. v. 235.
- Turbatio multa quando oboriatur, de Glandul.  
v. 94.
- quibusdam quando facta, de Morb. Popular. ij.  
Sect. 3. v. 43.
- Turbatio ad omnia quæ ederet, aut biberit, mu-  
lieri quando sequatur, de Morb. Mul. j. Sect.  
1. v. 303.
- prægnanti quando adit, ibid. Sect. 2. versio  
89.
- quando utilis, de Humor. v. 13.
- cum Turbatio remiserit, forbitiones quando dan-  
dum, de V. R. A. Sect. 4. v. 139.
- Turbatio ad splendorem sanguinem quando pro-  
fundat. Coac. Præn. Sect. 1. v. 295.
- vehemens in corpore quibus sit. Aphor. Sect.  
7. v. 31.
- cum Turbatione dolores laterum quibusdam quan-  
do desinant, de Morb. Pop. vj. Sect. 6. v.  
19.
- in Turbatione humorum quid accidat, de Morb.  
iv. Sect. 2. v. 74. 85.
- cum Turbatione multa febres quæ & quando fie-  
rent, de Morb. Pop. ij. Sect. 3. v. 96.
- in Turbatione quid faciat salubris humor. Vide,  
si Humor salubris.
- Turbationem in corpore quæ in somnia signifi-  
cent, de Insomn. v. 29. 133.
- Turbationem humorum quomodo efficiant prin-  
cipia deducunt ad morbum, de Morb. iv.  
Sect. 2. v. 120.
- Turbationem multam quando sustineat cerebrum,  
de Gland. v. 104.
- quæ cibaria faciant, de V. R. A. Sect. 4. v.  
347. 360.
- quid significet. Præn. v. 85.
- Turbationem ventrium quæ ferant, de Morb. Po-  
pular. vj. Sect. 7. v. 35.
- Turbationes acrimonia quando afferat, ibid. Sect.  
6. v. 17.
- Turbationes circa fauces quando infestent mulie-  
rem, de Morb. Mul. ij. Sect. 1. v. 315.
- in Turbulentis surditas quando malum. Præd. j.  
v. 47. Coac. Præn. Sect. 1. v. 289.
- Turdus piscis qualis, de Diet. ij. v. 202.
- si Turgeant humores, quando movendum, seu  
purgandum, de Humor. v. 68. Aphor. Sect.  
1. v. 66. Sect. 4. v. 1. 13. Sect. 5. v. 52.
- Turgere pars affecta fracturæ quando videatur, de  
Fract. Sect. 3. v. 106.
- Turpe quid sit in machinis struendis, ibid. vers.  
167.
- in omni arte, maxime in medicina, de Artic.  
Sect. 3. v. 78.
- Turpia & honesta quomodo cognoscamus, de  
Morb. Sacr. v. 293.
- Turpius & ab arte alienius, licet non deterius,  
quid sit in ulatione brachii, de Art. Sect. 1.  
v. 203.
- Turris alta pro attrahenda scala ad spinam giba-  
bam concutiendum, & dirigendam, ibidem,  
Sect. 3. v. 61.
- a Turture cur prohibeantur epileptici, de Morb.  
Sacr. v. 30.
- Turturis carnem quando edendum in typho, de  
Intern. Affectionib. Sect. 3. v. 65.
- Turturis caro qualis, de Diet. ij. v. 197.
- Tusces abscessus an faciant, de Humor. v. 91.
- an Tusces adint, in quibus affectionibus consi-  
derandum, de Vict. Rat. in Morb. Acut.  
Sect. 4. v. 239.



Tusses aquæ quæ faciant, de Aer. & Loc. Sect. 1. v. 207. in margine.  
 Tusses assidue, humidæ, multæ, in febre acuta cui factæ, de Morb. Pop. iij. Sect. 3. versic. 163.  
 auxiliari an possint extensioni spinæ intro laxatæ, de Artic. Sect. 3. v. 230.  
 Tusses diurnas tumente teste cessare, & e contra, de Morb. Pop. ij. Sect. 1. v. 45.  
 Tusses expectare quando conveniat, de Aer. & Loc. Sect. 1. v. 295. de Humor. versic. 141. 150. Aphor. Sect. 3. v. 9. 27. 48. 57.  
 quando Tusses ad febres comitarentur, de Morb. Pop. j. Sect. 2. v. 55.  
 ne Tusses fiant, sed prohibeantur, quomodo deligandum juxta pectus. Chirurg. Offic. versic. 196.  
 Tusses frigida quæ moveant, de Morb. Pop. vj. Sect. 3. v. 18. Aphor. Sect. 5. v. 44.  
 Tusses hyeme austro spirante. Vide hyeme Tusses.  
 Tusses laboriosæ locos quos contingant, de Morb. Pop. vj. Sect. 7. v. 69.  
 Tusses magis quando preinant, pure ex pulmone in thoracem rupto, de Morb. iij. versic. 347.  
 nihil deficientes & perpetuæ quando adessent, de Morb. Popularib. iij. Sect. 3. versic. 106. 113.  
 populariter grassatæ quando sint multæ, ibid. vj. Sect. 2. v. 427.  
 pueris qualibus fiant. Aphorism. Sect. 3. versic. 60.  
 quibus fiant febrientibus. Coac. Præn. Sect. 2. v. 75.  
 quibus non valde insuper accedant. Prædict. ij. Sect. 1. v. 199.  
 Tusses sicæ in aqua inter cutem quando sequantur. Coac. Præn. Sect. 3. v. 60.  
 ad articulos quando decumbant cum febre, de Morb. Pop. vj. Sect. 7. v. 71.  
 diurnæ si adherent pueris epilepticis, quid ostendant. Præd. ij. Sect. 1. v. 230.  
 parum irritantes a febre adurente, sive in febribus ardentibus, an multum siticulosa, de Morb. Popular. vj. Sect. 2. v. 41. Aph. Sect. 4. v. 86.  
 plurimæ quando essent, de Morb. Pop. iv. v. 375.  
 plurimis, qui tussiebant, & nihil rejectabant, in thaso quando factæ, ibid. j. Sect. 1. v. 17.  
 pueris quando factæ, ibid. iv. versic. 288. Vide Tussis sicca.  
 Tusses sicca alvus subducta pueris, quando solvat, de Dent. v. 32.  
 Tusses circa solstitia hyberna ex frequenti transmutatione ventorum quales ortæ, de Morb. Pop. vj. Sect. 7. v. 1. 17.  
 Thestalonii ex quibus factæ, ibid. vj. Sect. 1. v. 342.  
 Tusses vitare cur oporteat ex victu, secto velusto suppurato, de Morb. iij. v. 372.  
 a Tussi si cancer fiat. Vide, si Cancer fiat. cum Tussi defluxiones. Vide Defluxiones. qui ex Tussi gibbosi fiunt. Vide Gibbosi ex anhelatione.  
 ex Tussi matura Zoilo quæ facta sint, de Morb. Pop. ij. Sect. 3. v. 48.  
 cum Tussi strangulatoria excreatio multa, cui facta, ibid. vj. Sect. 1. v. 334.  
 in Tussibus deligationi quid conveniat. Chir. Offic. v. 190.

Tussim non adesse in hydrope quando oporteat. Præd. ij. Sect. 1. v. 160.  
 Tussim aridam quando inducat, si velut varix in pulmone fiat, de Morb. j. Sect. 1. versic. 219. Vide Tussim siccam.  
 per Tussim castigatio, de Humor. v. 20.  
 Tussim excitare quando oporteat in suppuraturis, de Loc. Homin. Sect. 2. v. 16.  
 Tussim cur leniat aqua mulsa, & non aqua sola, de Vict. Rat. in Morb. Acut. Sect. 3. v. 28. 93.  
 Tussim multam cur exhibeat aqua acervatim irruens, de Cord. v. 18.  
 inducens sputum, quando malum. Præn. versic. 196. Coac. Prænotion. Sect. 2. versic. 241.  
 ad Tussim pueri. Vide, ad Pueri.  
 Tussim quid excitet & quomodo in tabidis, de Loc. Homin. Sect. 1. v. 294.  
 quid moveat. Vide Tussis frigida.  
 Tussim raram & siccam primum, deinde frequentiore & multam quando inducat caro lateris tumefacta, de Morb. j. Sect. 1. v. 252. ad 257.  
 Tussim siccam habentes, cur medicamento non purgandum, de V. R. A. Sect. 4. v. 399. Epist. 21. v. 23.  
 quando inducat tuberculum in pulmone si fiat, de Morb. j. Sect. 2. v. 21.  
 qui haberet, neque expueret primis diebus, de Morb. Pop. iij. Sect. 3. v. 232.  
 qui tussiat, & quid solvat, ibid. iv. v. 419.  
 per Tussim ac spuitionem educere, quomodo oporteat in phrenitide, de Morb. iij. v. 105.  
 Tussim tenuem quando exhibeat pituita ex capite ad pulmonem destillans, ibid. j. Sect. 1. v. 192.  
 Tussis accedens hydropticis. Vide Hydropticis.  
 Tussis acuta quando obtineat, arteria, aut vena aliqua pulmonis convulsa, ac si pectus & dorsum dirupta fuerit, de Intern. Affection. Sect. 1. v. 67. 183.  
 quando preinat in tabe, ibid. v. 223.  
 sicca quando obtineat, tuberculo in pulmone suppurato, ibid. v. 89.  
 Tussis acida, a pure ex sputo in pulmone relicto facta, quando sequatur, de Morb. iij. versic. 336.  
 Tussis consideranda, de Morb. Popularib. j. Sect. 3. v. 9.  
 Tussis ex destillatione cui adesset, ibid. vj. Sect. 1. v. 405.  
 dura, ac etiam fortis quando fiat, cum in latere tuberculum sit, & cum pulmo tumuerit præ calore, de Morb. ij. Sect. 3. versic. 180. iij. v. 73.  
 Tussis & excreatio similis purulenti cui facta, de Morb. Pop. vj. Sect. 1. v. 143.  
 Tussis fortis. Vide Tussis dura, multa.  
 frequens ac fortis quando fiat in suppurato, de Morb. j. Sect. 1. v. 199.  
 Tussis gratia quid dandum, si arteria, aut vas aliud pulmonis distractum, aut ruptum fuerit, de Intern. Affectionib. Sect. 1. versic. 59.  
 si Tussis hydropticum vexet. Vide hydropticis Tussis accedens.  
 Tussis per hyemem populariter vagata quos morbos induxerit, de Morb. Pop. vj. Sect. 7. v. 75.  
 si Tussis invaserit, facta excreatione, sanus quando fiat anginosus, de Morb. ij. Sect. 2. v. 53.  
 Tussis,



- Tussis ab iisdem quomodo fiat & sedetur, de Loc. Homin. Sect. 2. v. 235.
- multa ac fortis quando oboriatur, si piritum in pulmonem pervenerit, de Morb. iv. Sect. 2. v. 303.
- multa ac frequens. Vide Tussim raram.
- Tussis prompte, seu tussendi promptitudo quando accedat in hydropo. Præn. v. 119. Coac. Præn. Sect. 3. v. 12.
- Tussis quando corripiat, seu emergat, & qualis, arteria vulnerata, de Morb. ij. Sect. 3. vers. 63.
- articulis pulmonis convulsis, ibid. vers. 78. 86.
- si erysipelas in pulmone fiat, ibid. v. 99. Vide Tussis sicca.
- in febre singultiente, de Morb. ij. Sect. 3. v. 227.
- si hydrops in pulmone fiat, ibid. v. 192.
- in lethargo, ibid. v. 245. iij. v. 52.
- in morbo dorsali, ibid. ij. Sect. 3. v. 128.
- in peripneumonia, de Affect. Sect. 1. vers. 79. Vide, quando Tussiat.
- in pleuritide, de Morb. ij. Sect. 2. v. 221. 236. 243. iij. v. 247. de Affect. Sect. 1. v. 64.
- si puerperii purgatio sursum vertatur, & non exeat per os, de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 314. 316. 328.
- si pulmo ad latus prolapsus fuerit, de Morb. ij. Sect. 3. v. 165. repletus fuerit, ibid. v. 154.
- si reulceretur cicatrix thoracis, ibid. j. Sect. 2. v. 95.
- in suppuratis, de Loc. Homin. Sect. 1. vers. 302. de Morb. ij. Sect. 2. v. 274. 298.
- in tabe, de Morb. ij. Sect. 2. v. 322. Sect. 3. v. 1. de Intern. Affect. Sect. 1. v. 246. Vide Tussis acuta.
- cum Tuberculum in pulmone, aut latere natum fuerit, de Morb. j. Sect. 2. vers. 22. ij. Sect. 3. v. 139. 180.
- si uteri ad latus allapsi fuerint, de Nat. Mulieb. Sect. 2. v. 314. de Morb. Mul. ij. Sect. 1. v. 370.
- Tussis quod signum, de Morb. Pop. ij. Sect. 3. v. 34. vj. Sect. 5. v. 6.
- quibus Tussis sicca est, quomodo solvatur, ibid. ij. Sect. 5. v. 20.
- si Tussis sicca, non serena fuerit, ut in articulos decumbat aliquid expectandum, ibid. vj. Sect. 2. v. 24.
- Tussis sicca quando fiat, vel facta fuerit in aqua intercute, de Intern. Affect. Sect. 2. vers. 89.
- si arteria pulmonis, aut venula aliqua distrahitur, aut rumpatur, ibid. Sect. 1. v. 7.
- ex casu in luctu, de Morb. Popularib. v. vers. 92.
- si erysipelas in pulmone fiat, de Morb. j. Sect. 2. v. 6. de Intern. Affect. Sect. 1. vers. 164.
- si in latere tuberculum nascatur, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 195.
- in pleuritide, de Morb. ij. Sect. 2. v. 243.
- in prægnante, de Morb. Popul. vj. Sect. 1. v. 134.
- si in pulmone varix fiat, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 110.
- in suppuratis, de Morb. ij. Sect. 2. v. 274. Vide Tussis sicca.
- Tussis cum spuratione quid significet, Vide spuratione cum Tussi, & Tussicula.
- cum stridula asperitate circa fauces cui facta, de Morb. Pop. vj. Sect. 1. v. 256.
- Tussis & suffocationes a pulmone, velat pulmonicis ac tabescentibus, cui facta & quando, ibid. v. 271.
- quibus Tussis in fugendo instat. Vide, quibus Infantibus in fugendo.
- Tussis vehemens quando fiat, si tuberculum in pulmone sit, de Morb. j. Sect. 2. v. 22.
- quibus insaniam solvat, de Jud. v. 126.
- si Tussis vexet hydropicum. Vide hydropicis Tussis accedens.
- Tussis unde gignatur, de Flat. v. 155.
- si Tussiat mulier in suffocatione ab utero, quid agendum, de Morb. Mul. ij. Sect. 3. v. 248. 297.
- si Tussiat hydropicus. Vide hydropicis Tussis accedens.
- quando Tussiat, & quantum, articulis pulmonis convulsis, de Morb. ij. Sect. 3. v. 78.
- si inflammatio in pulmone fiat, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 132.
- in peripneumonia, de Morb. ij. Sect. 2. v. 256. iij. v. 198. de Dieb. Jud. v. 94.
- pleuriticus, de Morb. ij. Sect. 2. v. 246.
- cum ex pulmonis affectu tabescit, ibid. vers. 326.
- Tussiendo quæ rejiciantur in pleuritide, ibid. iij. v. 247.
- Tussientes pueri. Vide Pueros Tussientes.
- Tussientibus medicamenta an danda, Vide Tussim siccam habentes.
- Tussientibus in perincho quid acciderit, de Humor. v. 90.
- ex Tussientibus qui manibus laborabant, velequitantur, vel iter fecerunt, quid perpassi, de Morb. Pop. iv. v. 372. ad 375.
- quæ Tussierit per annos tres vere incipiente, ibid. v. 370.
- donec Tussire inceperit in peripneumonia, an dolorem sentiat, de Morb. iij. v. 191. de Dieb. Jud. v. 88.
- qui Tussire non possunt, quid patiantur ab acribus, de V. R. A. Sect. 3. v. 68.
- Tussire sanguinem spuentibus quando commodum, vel incommodum. Coac. Præn. Sect. 2. v. 348.
- Tussire volens, quando non possit in tabe, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 257.
- qui Tussirent pauca condensata concocta, seu non valde, & ea quæ per Tussim rejiciantur, difficultatem non exhiberent, de Morb. Pop. j. Sect. 1. v. 37. 48.
- qui Tussiverit ex vertice ex lassitudinibus ex itinere gravatus, ibid. vj. Sect. 6. v. 11.
- qui Tussunt circa exacerbationes, quando maligne habeant. Coac. Præn. Sect. 1. v. 145.
- si Tussicula aliqua adsit, thoracem pure plenum esse quando ostendat, de Morb. iij. vers. 363.
- qui cum Tussicula dentiunt, quando dentes producant, & magis gracilescant, de Dent. v. 13.
- si Tussicula una cum dolore affuerit lateris, quid agendum, de Vict. Rat. in Morb. Acut. Sect. 4. v. 170.
- ex Tussicula populariter hyeme grassante febrijs qualis Chariti advenerit, de Morb. Pop. vj. Sect. 2. v. 150.
- Tussicula quædam modice sicca cui esset, ibid. iv. v. 235.
- cum Tussicula quale quid fens circa judicationem rigo.



rigorem inducat. Coac. Præn. Sect. 3. vers. 204.  
 Tussicula sicca cui, & quando facta, de Morb. Pop. vij. Sect. 2. v. 92. 276.  
 Tussicula cum ventris turbatione, ac febre continua, in fantibus quid significet, ibid. vj. Sect. 1. v. 30.  
 Tussiculæ siccae ad multum tempus cui fierent, ibid. vij. Sect. 2. v. 436.  
 cum sputatione abscessum ubi submoveant. Prædict. j. v. 288. Coac. Præn. Sect. 1. v. 311.  
 Vide sputatio cum Tussi.  
 Tussiculosi abscessus, qui supra ventrem sunt, an liberent, de Morb. Popular. ij. Sect. 1. vers. 63.  
 Tussiculosi multi unde facti, de Art. Sect. 3. v. 266.  
 Tussilaginis foliorum usus ad ulcera luxati pedis, ibid. Sect. 4. v. 65.

## T Ante Y

**T**ychon a catapultâ percussus in pectus quid passus, de Morb. Pop. v. vers. 476. vj. Sect. 2. v. 518.  
 Typhos morbus quid sit, & qualis, unde & quomodo fiat, quæ accidentia habeat, quomodo curandus: quos & quando corripiat: quanto tempore duret: quot diebus judicetur an lethalis: & qui ex eo moriantur, vel non, de Intern. Affect. Sect. 3. v. 1. ad 127.

## V Ante A

**V**accæ nigrae lac quando bibendum, Vide lactis Vaccæ nigrae usus.  
 Vacuatio ventris pendentes costas quando faciat, de Art. Sect. 3. v. 258.  
 Vacuationis mala non minus gravia esse, quam quæ ex repletionem sunt, de Vet. Med. vers. 126.  
 Vacuo, quod est in capite, perhumefcente, quomodo sterputatio fiat. Aphor. Sect. 7. vers. 59.  
 Vacuum in corpore quomodo fiat, de Diet. ij. v. 376.  
 Vacuum esse thoracem, caput, & dorsum. Ars, v. 169.  
 in Vaginam humoris partem cor expuere, de Cord. v. 23.  
 citra Valetudinem adversam diu per omne tempus vita quomodo frui liceat, de Homin. Struct. v. 91.  
 Valentissimos morbos potentissima instrumenta curare an possint. Vide, an Morbos leviores. si Validus quis non fiat ex morbo cibum capiens. Vide, si Cibum capiens.  
 Valgi qui fiant, & minus stare possint, de Art. Sect. 3. v. 378.  
 Valgiores qui fiant, ibid. Sect. 4. v. 393.  
 Vapor ab aquis ferventibus quantus eleveatur, & elevatus quando & quomodo condensetur, & guttæ destillent, de Flatib. versicul. 115. 124.  
 calidus per cutem, & nares, quando signum lethale, de Morb. Popularib. vj. Sect. 4. vers. 48.  
 in pudenda, sive uterum, quando & quomodo transmittendus, de Natur. Muliebr. Sect. 3.

vers. 49. de Morb. Mulier. ij. Sect. 3. vers. 79.  
 Vaporem per fistulam a quibus trahendum, & quando a suppurato, de Morb. ij. Sect. 2. v. 289.  
 in os ac nares attrahere puerperam quando oporteat, de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 433.  
 Vari magis ac detorti, & minus claudi quifiant, de Art. Sect. 4. v. 394.  
 Varia erumpentia, de Humor. v. 24.  
 Varia & omnigena veratrum cui eduxerit, de Morb. Pop. v. versic. 449. vj. Sect. 2. vers. 343.  
 Varia stercora diuturna & perniciofa, de Jud. v. 75. Præn. v. 154. Coac. Præn. Sect. 3. vers. 387.  
 Varia urina calore ac subsidientia in quibus periculosa. Coacis Prænotion. Sect. 3. versic. 254.  
 Varice influxionem sanguinis exhibente, ulceribus quid accidat, de Ulc. v. 56.  
 nisi ad Varicem dolor decubuerit, abscessum aut tumorem quando faciat dysenteria, de Vict. Rat. in Morb. Acut. Sect. 4. v. 278.  
 Varices bonos esse morborum abscessus, de Morb. Pop. ij. Sect. 1. v. 49.  
 Varices calvorum quid indicent, ibid. Sect. 5. v. 37.  
 Varices in cruribus fientes, vel in vena juxta popliteum, vel juxta inguina, quid solvant, de Art. Sect. 3. v. 3.  
 in Varices distributa ex supernis e directo an melius, de Morb. Popularib. vj. Sect. 2. versic. 22.  
 Varices ex equitatione qui habuerit, ibid. vj. Sect. 2. v. 528.  
 Varices magnæ calvis an fiant, quibuscunque vero calvis varices accedunt, hi quales fiant. Aphor. Sect. 6. v. 40.  
 Varices viris in tibiis ubi accedant, de Aer. & Loc. Sect. 1. v. 140.  
 Varicibus accedentibus infanz solutio quibus fiat. Aphor. Sect. 6. v. 25.  
 Varicum sectiones angustas cur facere oporteat, de Med. v. 63.  
 Varix in carne quando fiat, de Morb. j. Sect. 1. v. 246.  
 velut Varix in pulmone quando fiat, aut in vena, quæ accidant, quæ agenda, & unde fiat morbus, ibid. v. 218. Sect. 2. v. 74. de Intern. Affect. Sect. 1. v. 110.  
 Varix ad testes vocis gracilitatem quando solvat, de Morb. Pop. ij. Sect. 5. v. 3.  
 ubi Varix in tibia fuerit, quid agendum, de Ulc. v. 252.  
 Varix circa tibiā qua ætate non fiat. Coacis Præn. Sect. 3. v. 140.  
 Vas angusti oris oleo impletum, vel aqua, in osculum e directo si vertatur, cur oleum aut aqua exire nequeat, si vero inclinetur, libere exeat, de Morb. iv. Sect. 2. v. 111. 341.  
 Vas atticum, de Ster. v. 233.  
 Vas testaceum aqua plenum, quomodo apponendum pro extensione femoris luxati, de Art. Sect. 4. v. 340.  
 cum vasa evacuata mulieri fuerint, quando strangulatio sive suffocatio accidat, de Morb. Mulier. j. Sect. 1. v. 195. 213.  
 ut Vasa existant, quæ parum abut. Ars, v. 170.  
 Vasa per inedia vacua fieri quibus deterius sit, quam si non vacua fiant, de Art. Sect. 3. v. 256.

ut Vasa



ut Vasa rumpantur, quid faciat, de Acr. & Loc. Sect. 1. v. 75.  
 Vasa superna magis humida cur sint, quam inferna, de Loc. Homin. Sect. 1. v. 163.  
 Vasa vacua facere quibus non conducant, de Art. Sect. 4. v. 178.  
 si Vasa vacua penitus quis fecerit primis duobus, aut tribus diebus, aut posterius, & in quibus vasa vacua facere non oportet, vasa vacua facit, quid causet, de V. R. A. Sect. 2. v. 132. 142. 147. ad 151.  
 qui Vasa vacua præter consuetudinem habent, quid patiantur, & quid agere debeant, ibid. v. 84. Sect. 4. v. 333.  
 Vase æneo, aut testaceo quomodo fovendum in pleuritide, ibid. Sect. 2. v. 4.  
 ut in Vase magno amplior capacitas est quam in parvo, sic in capite, & splene, de Morb. iv. Sect. 1. v. 208.  
 Vasis ænei, seu æris rubri, vel alterius usus ad medicamenta conficienda. North. Morb. Mul. v. 9. 36. 40. 46. 59. de V. R. A. Sect. 4. v. 460. de Ulcer. v. 100. 175. de Hæm. vers. 35. de Visu, v. 32.  
 Vasis testaceis quomodo & quando fovendum mulierem, de Natur. Mul. Sect. 3. versic. 210. de Morb. Mul. ij. Sect. 3. v. 189.  
 in Vasis vitreis, vel fictilibus quæ medicamenta servanda. Epist. 16. v. 21.  
 Vasorum æneorum exemplo docetur attractio, & retractio humoris per corpus, de Morb. iv. Sect. 1. v. 156. ad 161.  
 quæ ex Vasorum evacuatione efficiuntur debilitates, dignoscere oportere, de V. R. A. Sect. 2. v. 165.  
 Vasorum immunditia, de Morb. Pop. vj. Sect. 3. v. 2.  
 Vasorum principia aortis quæ esse videantur, de Cord. v. 66.  
 Vasorum vacuatio præter rationem quibus mala. Coac. Præn. Sect. 3. v. 325.  
 si talis fuit, qualis fieri debet, confert, & bene ferunt, sin minus, vice versa. Aphor. Sect. 1. v. 7.  
 ex Vasorum vacuatione multa si plus moderato detergente ingeratur, qualis læsio in ventre fiat, de V. R. A. Sect. 2. v. 198.  
 Vacuatione mutationem ad sorbitiones facere quando oporteat, vel non, ibid. v. 148. ad 151.  
 præ Vasorum vacuatione quid agere nequeat æger, & quando, ibid. Sect. 4. v. 259.  
 Vasorum vacuatione præter rationem non existente, si impotentes fiant, malum. Prædict. j. v. 59. Coac. Præn. Sect. 1. v. 69.  
 Vacuationes vehementissimas, ac intempestive facere an deceat, de V. R. A. Sect. 2. v. 95.  
 Vates avem eandem quando bonam, sive faustam, & quando contra esse dicant, ibid. Sect. 1. v. 57.  
 quomodo intelligant, de Diæt. j. v. 200.  
 Vaticinandi artis affectiones quibus semper recte habeant, vel alias aliter, ibid. v. 207.  
 prudentia Asclepiadis in Coo cur attributa. Epist. 27. v. 88.  
 Vaticinatio, & medicina cognatæ cur sint. Epist. 15. v. 28.  
 quale quid sit, de Diæt. j. v. 198.  
 Vaticinationi similem artem medicam cur dicant quidam, de V. R. A. Sect. 1. v. 57.

## U Ante B

quibus **U**Bera gracilescent in ventre habentibus circa septimum aut octavum mensem; quid significet, de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 83.  
 Ubi, ad chirurgiæ officinam quomodo pertineat. Chirurg. Offic. v. 6.

## V Ante E

**V**ECTES, quibus lapideæ utuntur ad reponenda ossa fracta extra eminentia, quales esse debeant, & quomodo his utendum, de Fract. Sect. 3. v. 194. ad 210. 268. de Art. Sect. 4. v. 242. ad 248.  
 per VECTICULUM reponere ossa facillimum, efficacissimumque ac artificiosissimum esse, de Art. Sect. 4. v. 111.  
 Vectis molitio ac directio quando sufficiat, & quid faciat, ibid. vers. 211. 241. 247. 269. 278.  
 Vegetior ac operosior in exercitiis, ac magis solutus qui fiat. Præd. ij. Sect. 1. versic. 107. 115.  
 Vegetos homines esse, ubi necesse sit, de Acr. & Loc. Sect. 1. v. 69.  
 Vehiculum alimenti, de Alim. v. 120.  
 Vehiculum inscendere quando oporteat, arteria vulnerata, & quando non, de Morb. ij. Sect. 3. v. 70. 74.  
 Velato capite Hippocrates. Vide Capite.  
 Vellicationem ac scalpturnam, seu indormitionem, in quibus vitare oporteat, de Art. Sect. 2. v. 357.  
 ex Vellicationibus indicationem quandoque fieri, de Morb. Pop. j. Sect. 3. v. 6.  
 Veloces egestiones. Vide Egestionem.  
 Velocior morbus quando sit medicina, vel non. Ars, v. 200.  
 cum Vena aliqua in latere, aut pulmone tracta rupta fuerit, aut non penitus rupta, sed ita, ut acutus tractus in ipsa fiat, quæ accidunt, de Morb. j. Sect. 1. vers. 203. ad 222. 224. 244. Sect. 2. v. 46. ad 50. 72.  
 si Vena aliqua in pulmonem tendens convulsa, aut exulcerata fuerit, quæ accidunt, & quid agendum, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 1. 66.  
 ut Vena aliqua superevomat, an fieri possit, de Morb. ij. Sect. 1. v. 30.  
 Vena cava quæ vocetur, & qualis sit, ubi sita, ubi cavissima & major, quomodo & in quas partes findatur, de Carn. vers. 61. ad 70. de Morb. Sacr. v. 114. ad 126. Epist. 23. vers. 27. Vide cavæ Venæ, & Venæ cavæ.  
 cum Vena coaluerit, quando sanus evadat æger, aut iterum rumpatur, de Morb. j. Sect. 2. v. 103. 110.  
 Vena crassa ex altero excurrent osculo cordis, si fuerit resecta, quid faciat, de Cordib. vers. 46.  
 a Vena crassa a corde quæ recurat in sinistram partem, & per medias vertebrae ad costas segmenta distribuatur, de Os. Natur. v. 81.  
 Vena crassa qua parte sit sub ala, de Art. Sect. 1. v. 226.  
 in utraque mamma quid causet, de Morb. Pop. ij. Sect. 6. v. 35.

ab utra-



ab utraque parte uari, de V. R. A. Sect. 4. v. 66.  
 cui Vena in cubito pulsarit, vel quieverit, quid  
 indicet, de Morb. Popul. ij. Sect. 5. v. 29.  
 Vena evulsa quæ ulcerandum ac sanandum, ibid.  
 v. 33.  
 a Vena frontis detractus sanguis quando proficit,  
 Vide Frontis Vena secta.  
 Vena humeralis. Vide Humerales.  
 a Vena interna cubiti sinistri quando sanguinem  
 detrahendum in splenis morbo, de Intern.  
 Affect. Sect. 2. v. 321.  
 Vena lata & tenuis circa caput, de Ofs. Natur.  
 v. 180.  
 Vena aliene in sinistra sursum ac deorsum ten-  
 dens qualis sit, de Morb. Sacr. versicul.  
 125.  
 Vena magna appellata totum corpus nutriendum un-  
 de procedat, de Corpor. Resect. v. 9.  
 quibus Vena magna in pulmone rumpitur, aut  
 minor, quid sequatur. Coac. Pænot. Sect.  
 2. v. 362.  
 ex Vena magna fluxus, de Morb. Pop. ij. Sect.  
 5. v. 16.  
 Vena magna ubi supra arteriam sit, vel infra, de  
 Ofs. Nat. v. 152. de Morb. Popular. ij. Sect.  
 4. v. 14.  
 nervosa ad princeps intestinum & podicum quæ  
 fiat, de Ofs. Nat. v. 227.  
 obliqua ab hepate ad renes, de Corp. Resect.  
 v. 12.  
 principalis juxta spinam sparsa, de Ofs. Natur.  
 v. 200.  
 Vena pudendum an vocetur ab Auctore, ibid. v.  
 327.  
 Vena quæ in splene est, cui in cubito secaretur,  
 quæ saliebat sæpe, de Morb. Pop. ij. Sect. 2.  
 v. 65.  
 Vena a quibus faucietur, trahatur, & convella-  
 tur, de Morb. j. Sect. 2. v. 73. 108.  
 Vena recta in fronte secta. Vide Frontis Vena se-  
 cta.  
 Vena sanguisua in intestino una cum exuberan-  
 tia quando percat, de Hæm. v. 48.  
 præcisa an coalescat, de Morb. j. Sect. 1. vers.  
 160.  
 qua parte ab arteria findatur, & cur, & quo-  
 modo per spinam tendat, de Ofs. Natur. v.  
 89.  
 Vena sanguisua fauciatos mori, de Morb. j. Sect.  
 1. v. 37. Vide, in Venam crassam.  
 si ex Vena sanguisua, quando & quomodo per-  
 cutendum ac disseccandum, de Loc. Homin.  
 Sect. 2. v. 198.  
 si Vena fauciatæ coaluerit. Vide, cum Vena coa-  
 luerit.  
 Vena secta, quando abortiat magis mulier. Vide  
 Mulier uterum gerens.  
 in angina quid acciderit, de Morb. Popul. v.  
 vers. 358. vij. Sect. 1. v. 343.  
 caput evacuatum ac perfrigeratum cui læsum  
 sit, ibid. vij. Sect. 2. v. 464.  
 juxta malleolum, quæ liberata sit a conversione  
 osculi uterorum, ibid. ij. Sect. 4. v. 41.  
 quæ foras dimittantur, de Morb. j. Sect. 2. v.  
 244.  
 si non solvatur dolor in pleuritide, quid faciat  
 pituita data, de V. R. A. Sect. 1. versicul.  
 108.  
 solutio ex tussi quomodo fiat, de Morb. Pop.  
 iv. v. 420.  
 vena secta in splenis dolore cui sit, ibid. vij.  
 Sect. 2. v. 497.

in utraque manu, donec exanguis redderetur,  
 cui fuerit, & utilitatem fecerit, ibid. v. v.  
 32.  
 a Vena sinistra morbus. Vide Morbus a Vena.  
 de Vena splenitide frequenter sanguinem mittere qui-  
 bus spleniticis conducatur, de Affect. Sect. 1.  
 v. 211.  
 Vena splenitis, aut hepatis quomodo distribuatur,  
 & in manu secta quibus conducatur, de Morb.  
 j. Sect. 2. v. 217. 242.  
 Vena per tempora extensa, cava, & fortis, de  
 Cap. Vuln. v. 51.  
 Vena tracta, seu rupta. Vide, cum Vena aliqua  
 in latere.  
 quæ Vena unde oriatur, & ubi desinat, nesciat,  
 de Ofs. Natur. v. 176.  
 Venæ alimentum, de Alim. v. 118.  
 quorum Venæ amplæ, vel contra, quales sint, de  
 Morb. Pop. ij. Sect. 1. v. 72.  
 Venæ amplæ & crassæ, & instar pampini retortæ  
 existentes, de alio humore quomodo trahant,  
 de Morb. iv. Sect. 1. v. 197.  
 ampliores in viro reddite venæ quando ma-  
 gis inducant, de Natur. Puer. v. 267.  
 quando Venæ attollantur & pulsant in morbis a  
 capite, de Morb. ij. Sect. 1. v. 216.  
 circa aures urendæ, quousque, & quomodo,  
 ibid. v. 147.  
 Venæ juxta aures sectæ an coitum impediunt, de  
 Genit. v. 31. de Aer. & Loc. Sect. 2. v. 201.  
 Venæ brachii sectio in colli tuberculo, & gingivæ  
 dolore, cui contrulerit, de Morb. Pop. v. v.  
 380. 384. vij. Sect. 2. v. 196. 200.  
 Venæ calefactæ. Vide, cum Venæ in capite ca-  
 lida cur gaudeant, de Humid. Usu, v. 59.  
 cum Venæ in capite calefactæ a cerebro fuerint,  
 aut pituitam in se ipsas traxerint, quid cau-  
 sent, de Morb. ij. Sect. 1. v. 61. 64. 84.  
 Venæ a capite in corpus tendentes. Vide Capitis  
 Venæ.  
 Venæ circa caput aere repletæ quid causent, de  
 Flat. v. 144.  
 si Venæ in caput superevomuerint. Vide, si Venæ  
 circa cerebrum.  
 Venæ in caput ex universo corpore. Vide capitis  
 Venæ.  
 Venæ cavæ a corde quot. Vide Vena cava,  
 quæ.  
 an moveantur semper sicut & cor, de Carn.  
 v. 73.  
 pituita hydropiformi & bile in qua tabe implean-  
 tur, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 253.  
 cum Venæ cavæ per pulmonem tendentes sanguine,  
 aut atra bile impletæ fuerint, quæ sequantur,  
 ibid. v. 123.  
 Venæ caviore & plures an sint in dextris, quam in  
 sinistris, de Morb. Sacr. v. 221.  
 in Venæ cavissimæ capite cor situm esse, de Carn.  
 v. 62.  
 in Venæ circa cerebrum, seu in caput, sanguinem  
 superevomuerint, quæ accidunt, an moriatur  
 æger, vel evadat, & quomodo curandus, de  
 Morb. ij. Sect. 1. v. 29. 44. 229. 236.  
 Venæ, cibos ingestos quando non suscipiant, de  
 Salubr. Diet. v. 94.  
 an Venæ compareant phasianis, de Aer. & Loc.  
 Sect. 2. v. 74.  
 dum Venæ contrahuntur, quid causent, de Morb.  
 j. Sect. 2. v. 179.  
 si Venæ contundantur alicujus momenti, quid  
 accadat, de Fractur. Section. 3. versicul.  
 363.



- Venæ a corde quid recipiant, & corpori distribuant, de Homin. Struct. v. 13.
- Venæ in corpore omnes quando conniveant, & cur, de Morb. j. Sect. 2. v. 31.
- per corpus diffusæ ab una multæ germinantes, quid exhibeant, de Ofs. Nat. v. 174.
- per corpus totum tendentes, aliæ tenuiores, aliæ crassiores, multæ ac frequentes, quando apertæ sint, & quando claudantur, de Morb. iv. Sect. 1. v. 166.
- Venæ costarum quæ tendant, de Ofs. Natur. v. 79.
- crassæ jugulares appellatæ a corde an procedant, de Morb. iv. Sect. 1. v. 138.
- crassæ multæ in capite & splene, ibid. versic. 205.
- crassissimæ in capite qua parte sint, ibid. ij. Sect. 1. v. 86.
- corporis totius, vel tenuissimæ & densissimæ quæ, de Natur. Puer. v. 199.
- Venæ discissio supra muscolum tendens in flexura cubiti, de Fract. Sect. 3. v. 352.
- quando Venæ doleant repletæ. Vide Vene repletæ,
- Venæ duræ & renitentes in quo fluxu muliebri fiant, de Morb. Mulier. ij. Sect. 1. v. 61.
- extentæ quando sint in cerebri tumore, de Morb. iij. v. 5.
- extrinsecus quibus sint, de Morb. Pop. vj. Sect. 2. v. 78.
- flammæ & nigrae per corpus quando tendant, in pulmonis varice, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 114.
- circa frontem seu faciem intentæ cui essent, de Morb. Pop. v. vers. 332. vj. Sect. 2. v. 241.
- genituram quando attrahant in utero, & quando non, de Morb. Mulier. j. Sect. 2. versic. 16.
- Venæ ab hepate venientis distributio. Vide Vena cava,
- Venæ hominis omnes quo desinant, de Natur. Puer. v. 198.
- si Venæ humores, sive sanguinem effuderint, confuso calcaneo ex saltu, quod sit periculum, de Fract. Sect. 2. v. 58. de Art. Sect. 4. v. 403.
- Venæ impletæ dolorem & calorem ulceri quando inducant, de Morb. iv. Sect. 1. v. 362.
- Venæ jugulares crassæ cordi propinquant, ad quas cito qui humor distribuatur, ibid. vers. 199.
- quando attollantur, cum edierit, aut biberit homo, ibid. v. 141.
- Venæ intestini recti calcentes sanguinem unde attrahant, & quando ejaculentur, de Hæm. v. 3.
- quando Venæ intumescant, si aqua intercus in utero fiat, de Morb. Mulier. ij. Sect. 3. v. 26.
- Venæ in juncturis crurum quando attollantur ex ulcere, de Morb. iv. Sect. 1. v. 359.
- in latere quando contrahantur, & convellantur, seu congelentur & varicosæ fiant, ibid. j. Sect. 1. v. 224. Sect. 2. v. 206. 240.
- Venæ sub lingua. Vide, sub lingua Venæ.
- Venæ magnæ vicinissimæ pulmoni, ipsi incumbunt, de Morb. j. Sect. 2. v. 4.
- si Venæ in manibus, & in oculorum angulis, & superciliis quiescant, cum prius non quievissent, quid significant, de Digb. Judic. vers. 16.
- pulsaverint. Vide, si Venæ pulsaverint.
- ut Venæ de manibus sanguinem emittant, quibus conducatur, de Morb. j. Section. 1. versic. 223.
- Venæ multæ ligamentum an sint articularum. Ars, v. 171.
- tennes & crassæ sanguinem fundentes quando occidant, quæ alias pertusæ prodesse solent. Præd. ij. Sect. 1. v. 270.
- ex Ventriculo tendentes deorsum, ex infernis partibus ad se ipsas quando trahant, de Morb. iv. Sect. 1. v. 129.
- Venæ nigrae frequentes per corpus quando distendantur in aqua intercute, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 163.
- obliquæ ubi sint, de Virg. Morb. v. 23.
- omnes an communicent & confluant inter se mutuo, & quomodo, de Loc. Homin. Sect. 1. v. 73. in facie manifestæ adeoque contractæ, cui essent, de Morb. Pop. vj. Sect. 1. v. 121.
- ex omni corpore ad cor. Vide, ex Corpore.
- Venæ pallidæ distentæ in corpore quando sint, & aliæ subnigriores in morbo regio, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 388. quædam vero rubicundæ valde in tabe, ibid. Sect. 1. v. 255.
- Venæ sine pari ductus, de Ofs. Natur. versic. 81. 144. de Morb. Pop. ij. Sect. 4. v. 6.
- Venæ pellucidæ, seu conspicuæ quid indicent, de Morb. Pop. vj. Sect. 3. v. 50.
- perfrigeratæ violenter quid causent, de Morb. Sacr. v. 153.
- cum Venæ pituitam in se ipsas traxerint. Vide, cum pituitam Venæ.
- Venæ plenæ quando sint, de Morb. Sacr. versic. 241.
- dum Venæ a plenitudine premuntur, si calor ac dolor corpori accesserit, quid accidant, de Morb. iv. Sect. 1. v. 263.
- Venæ plures supra an sint, quam infra, de Loc. Homin. Sect. 1. v. 163.
- plurimæ in collo ac pectore, de Morb. ij. Sect. 2. v. 69.
- a pube ad mammas, de Ofs. Natur. versic. 283.
- in pudendum ex omni corpore an vergant, quibus velut pruritus quando incidat, de Genit. v. 5.
- in pudendum pueri, & in uterum virginis tendentes, quando amplæ fiant, & aperiantur, ibid. v. 38.
- Venæ pulsantes. Vide, quæ pulsant.
- si Venæ pulsaverint in manibus, seu temporibus, & facies sana fuerit, & præcordia non mollia, sed in tumorem elevata, quid significet, de Morb. Pop. ij. Sect. 6. v. 11. de Jud. v. 96. Coac. Præn. Sect. 1. v. 165.
- Venæ quæ sint respirationes nostri corporis, de Morb. Sacr. v. 127.
- quale quid perpetiantur a calida, aut frigida, de Humid. Usu, v. 54.
- quales sint, & quomodo productæ, de Carn. v. 25.
- Venæ quando intenduntur, & affluentia attrahant, de Vict. Rat. in Morb. Acut. Sect. 4. v. 48.
- magis aperiantur, & genitura per ipsas procedat, de Nat. Puer. v. 212.
- superimpleantur, & valde impletæ, quid faciant, de Morb. iv. Sect. 2. v. 105.
- Venæ quomodo trahant. Vide Venæ amplæ.
- quæ



quæ Venæ in renes, & unde procedant, de Ofs. Nat. v. 70. 78.  
 Venæ, a renibus in pudendum qua tendant, ibid. v. 52.  
 in vesicam unde enascantur, ibid. v. 74.  
 Venæ repletæ sanguine quando doleant, & tumores laxos producant, de Natur. Puer. versic. 97. de Morb. Mulier. j. Sect. 1. versic. 16.  
 respirationem in quem cordis ventriculum operentur, de Cord. v. 58.  
 eum Venæ robustæ sint, ac sanguine plenæ injuniore, quid causent, de Morb. j. Sect. 2. v. 153.  
 si Venæ ruptæ sint, quæ sub uteros tendunt præ violentia egressus fœtus, quid sequatur, de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 288.  
 Venæ ruptionem in renibus quid significet. Aph. Sect. 4. v. 122.  
 qui ex Venæ ruptura suppurati sunt, his veratrum andandum, de V. R. A. Sect. 4. versicul. 303.  
 Venæ sanguinatæ. Vide, ubi per Venas hæmatitidas.  
 sanguine plenæ quæ sint, & si quid alieni in ipsis præter lapsum fuerit, quid accadat, de Intern. Affectionib. Section. 1. versicul. 415.  
 quibus Venæ sectio conducit, his vere venam secare convenire. Vide Venam.  
 Venæ sectio in dolore, tumore, & distensione capitis, & colli, cui profuerit, de Morb. Pop. v. versic. 449. vij. Sect. 2. v. 342.  
 dolores juxta latus quando lædat. Coac. Prænot. Sect. 3. v. 80. 82.  
 facienda quando sit, de Morb. Pop. vj. Sect. 2. v. 9.  
 facta cui sit in alvi egestionem, ibid. vij. Sect. 2. v. 56.  
 oculorum dolores quando solvat. Aphor. Sect. 6. v. 37. Sect. 7. v. 53.  
 præferenda, siue principalis in quibus morbis sit, de V. R. A. Sect. 4. v. 31.  
 Venæ sectio quando solvat anginam & lippitudinem, de Morb. Pop. ij. Sect. 6. v. 25.  
 convulsionem. Præd. j. v. 247. Coac. Prænot. Sect. 2. v. 146.  
 dolorem ad cor, de Morb. Pop. v. versic. 431. vij. Sect. 2. v. 324. Epist. 19. v. 20.  
 in pleuritide, de V. R. A. Sect. 2. v. 14.  
 præcordii, & oris ventriculi. Coac. Prænot. Sect. 2. v. 74.  
 dolores juxta costam spuriam, de Jud. v. 140.  
 ex dorso ad cubitos descendentes. Aphor. Sect. 6. v. 27.  
 siderationem. Coac. Prænot. Sect. 2. v. 160.  
 urinæ difficultatem, & stillicidium, de Morb. Pop. ij. Sect. 6. v. 36. Aphor. Sect. 6. versic. 42. Sect. 7. v. 55.  
 Venæ sectione, tetanus, & spirituum per venas interceptiones quando solvantur, de V. R. A. Sect. 4. v. 283.  
 ventositatem quando sistendum, de Morb. Pop. ij. Sect. 5. v. 15.  
 nisi Venæ sectionem a brachiis faciens quis cito auxilium ferat, quando suffocetur anginosus, de V. R. A. Sect. 4. v. 71.  
 post Venæ sectionem, purgans medicamentum securitate & moderatione quando opus habeat, ibid. v. 34.  
 per Venæ sectionem sanguinem emittere quando opus sit, de Homin. Struct. v. 77. 79. 80.

Pini Index.

Venæ sectiones de poplitibus, & malleolis, in quibus morbis faciendæ, de Natur. Homin. versic. 211. 216. 231. de Ofs. Nat. v. 115. 120. 135.  
 qui ad Venæ sectiones non sedantur dolores, quando suppurentur. Præn. versic. 209. Coac. Præn. Sect. 2. v. 262.  
 Venæ siccæ sientes, & inflammatae quid faciant, de V. R. A. Sect. 4. v. 48.  
 Venæ sinistrae morbus. Vide Motbus a Vena.  
 Venæ ex sinistris distributio. Vide Venarum descriptio.  
 Venæ subnigriores. Vide Venæ pallidæ.  
 si Venæ superevoment. Vide, si Venæ circa cerebrum.  
 non superimplantur. Vide Venæ repletæ sanguine.  
 quibus Venæ circa tempora, & cervicem attollebantur, anginæ quales essent, de Morb. Pop. vj. Sect. 7. v. 39.  
 Venæ in temporibus, & in capiribus ac æervice quibus anginosi elevatæ fuerint, ibid. ij. Sect. 2. v. 87.  
 quibus Venæ in temporibus pulsant. Vide, si Venæ pulsaverint.  
 Venæ in temporibus quando pulsant sideratis, de Morb. ij. Sect. 1. v. 82. Sect. 2. v. 8. iij. v. 36.  
 salientes cui essent, de Morb. Pop. vij. Sect. 2. v. 308.  
 Venæ temporum, non confidentes, seu non firmatae, ut ad articulos decumbat, quando expectandum, ibid. vj. Sect. 2. v. 22.  
 recidivas quando indicent, ibid. iv. v. 359.  
 Venæ an trahant magis, quam carnes, de Morb. j. Sect. 2. v. 62.  
 ex ventre & intestinis quid trahant, de Carn. v. 136.  
 ex ventre, seu ventriculo per corpus multæ ac omnigenæ, per quas alimentum corpori accedit, de Nat. Homin. v. 228. de Ofs. Nat. v. 132.  
 quo Venæ visceribus insitæ non distendantur repletæ, quid agendum, si dolores fiant ex visceribus, de Salubr. Diet. v. 107.  
 Venæ visum præmentes, quæ semper pulsant, ubi sint, & quibus exurendæ, de Loc. Homin. Sect. 1. v. 252.  
 Venæ uteri sanguine plenæ quid causent, de Ster. v. 47.  
 Venam in brachio internam quando secandum in peripneumonia, & pleuritide, ac vocis privatione, & ex qua parte, ac sanguinem quomodo detrahendum, de V. R. A. Sect. 4. v. 41. 242.  
 in Venam crassam vulneratus, an moriatur. Prædict. ij. Sect. 1. v. 261. Coac. Præn. Sect. 3. v. 127. Vide Vena sanguisua.  
 Venam in cubiti flexura quando secandum, & qualem, contusa circa costas carne, de Art. Sect. 3. v. 273.  
 in pleuritide, de V. R. A. Sect. 2. v. 19. Vide Cubiti dextri, & cubiti Venam.  
 Venam, sub lingua quibus secuerit, de Morb. Pop. vj. Sect. 7. v. 46.  
 sub mamma cur secandum, & quando, in angina, de Morb. iij. v. 119.  
 a manibus ac cruribus bis per annum quibus mulieribus secandum, de Superfœt. versicul. 104.  
 in manu sinistra quando secandum mulieri non concipienti, de Ster. v. 446.

G g

in manu



- in manu splenitidem, aut hepatitidem secare quando conducit in peripneumonia, & pleuritide, de Morb. j. Sect. 2. v. 242.
- ad Venam mediam ab inguine collectio velut ignis fieri cui facta, de Morb. Pop. vij. Sect. 1. v. 273.
- Venam nervum vocat, quæ a cerebri membrana in utrumque oculum descendit, de Carnib. v. 181. de Loc. Hom. Sect. 1. v. 35.
- juxta Venam, quæ in brachio finditur, disparationis ossium signum an manifestum, de Artic. Sect. 2. v. 20.
- Venam, quæ per tempora fertur, an secandum. Vide supra tempora Venam.
- Venam quando secandum, in convulsione, de Morb. Pop. ij. Sect. 5. v. 34.
- in doloribus oculorum. Vide Venæ sectio, oculorum dolores.
- in morbis acutis, de V. R. A. Sect. 4. versic. 21.
- Venam retro aures qui, & cur incidant: & quid inde accidat, de Aer. & Loc. Sect. 2. v. 198. 201.
- cum in Venam sanguisquam bilis, & pituita incubuerit, coxendicum morbus quomodo fiat, de Affect. Sect. 2. v. 31.
- ad Venam sanguisquam extuberantem in intestino, quid quandoque adnascatur, de Hæm. v. 39.
- Venam secare, quo tempore oporteat, de Ulcer. v. 263.
- statim ab initio quibus oporteat, de V. R. A. Sect. 4. v. 54.
- Vere quibus conveniat. Vide, quibus Venæ sectio conducit.
- qui Venam secaret, & melius habere videretur, de Morb. Pop. v. vers. 50.
- pili Venarum fecer quis brevi, quando mortem portendant puerperia, de Morb. Mulier. j. Sect. 2. v. 284.
- cum Venam secueris, & sanguinem dimiseris, si non sistatur, quid agendum, de Ulcer. vers. 256.
- Venam sectam insuflari quando contingat, de Medic. v. 91.
- Venam in vocis destitutione quando secandum, de Morb. Pop. ij. Sect. 5. v. 19.
- Venam urere quomodo conveniat, & quando, de Loc. Hom. Sect. 2. v. 191. ad 202.
- Venarum amplitudo, & crassitudo quomodo consideranda, de Morb. Pop. ij. Sect. 1. versic. 70.
- Venarum, & artèriarum communitates circa verticula spinæ, in alio sermone declarare promittit, de Art. Sect. 3. v. 85.
- Venarum cavarum morbus. Vide morbus a Vena sinistra.
- in Venarum compressionibus quid considerandum, de Morb. Pop. ij. Sect. 1. v. 42.
- si Venarum crassarum aliqua faucetur, suppuratus quando fiat, de Morb. j. Sect. 2. vers. 101.
- Venarum crassarum quot sint paria, & earum distributio. Vide Venarum descriptio.
- a Venarum crassarum ruptione tabes quales, Coac. Præn. Sect. 2. v. 369.
- Venarum descriptio & distributio, partim vera, partim falsa, de Natur. Hom. vers. 208. ad 235. de Oss. Nat. v. 60. ad 63. 70. 79. ad 162. 174. ad 201. 219. ad 297. de Int. Affect. Sect. 1. v. 413. de Morb. Pop. ij. Sect. 4. v. 1. ad 25.
- quæ Venarum dissectiones communes sint, considerandum, de Morb. Pop. ij. Sect. 1. v. 76.
- Venarum extensiones multæ & periculosæ, ubi sint in brachio, & femore, de Fract. Sect. 3. v. 264.
- gravitas in conversionibus, & in omnibus egestionibus cui esset, de Morb. Pop. vij. Sect. 2. v. 284.
- interceptiones occlusionesque quando faciant, ut aliquis derepente voce privetur, de V. R. A. Sect. 4. v. 40.
- interceptiones habentes cur medicamento non purgandum, ibid. v. 399.
- Venarum jugularium palpitatio fortis, an perniciofa. Coac. Præn. Sect. 2. v. 10.
- Venarum naturam unde colligere oporteat, de Morb. Pop. vj. Sect. 6. v. 42.
- nauseæ unde fieri possint, de Fract. Sect. 2. v. 78.
- palpitationem quale vinum inducat, de V. R. A. Sect. 2. v. 114.
- Venarum pulsationes, morbi & sanitatis signa quomodo sint, de Alim. v. 105.
- circa umbilicum cui, & quando fierent, de Morb. Pop. iv. v. 129.
- per Venarum pulsationis vehementiam si stercus secedit, quando lethale, Coac. Præn. Sect. 2. v. 200.
- Venarum pulsus, de Morb. ij. Sect. 1. v. 35. 37. 82. 147. 216. Sect. 2. versiculi. 8. iij. vers. 36.
- quibus Venarum pulsus est, quando sanguinis fluxio contingat, Coac. Præn. Sect. 1. vers. 190.
- Venarum rubor, livor, pallor quibus fieret, de Morb. Pop. vj. Sect. 3. v. 52.
- radicatio hepar, de Alim. v. 71.
- ruptiones quomodo fiant, de Morb. j. Sect. 2. v. 54. 71. 135.
- saltatio circa tempora quem detineret, de Morb. Pop. vij. Sect. 1. v. 419.
- Venarum sanguisquam livores unde fieri possint, de Fract. Sect. 2. v. 78. de Artic. Sect. 4. v. 409.
- ad Venarum sectiones si non sedentur. Vide, qui ad Venæ sectiones.
- per Venas abscessus quando fiant, & qui boni, de Morb. Pop. ij. Sect. 1. v. 47. 59.
- Venas amplas, tum ad supernam, tum ad infernam partem, quando habeat planta, de Nat. Puer. v. 287. 297.
- retro aures in quibus fluxionibus secandum, de Morb. Pop. vj. Sect. 5. v. 29.
- in brachiis quomodo secandum, de Med. vers. 88.
- in brachiis & temporibus quibus deligandum, & quomodo, de Morb. ij. Sect. 1. versic. 268.
- Venas cavas ac sanguisquas ubi comperies, si secueris, de Hæm. v. 57.
- conspicuas habentes mulieres ad conceptionem meliores, quam quibus non apparent. Præd. ij. Sect. 2. v. 147.
- qui Venas contrectavit, circa quid minus falli possit, quam qui non contrectavit. Prædict. ij. Sect. 1. v. 70.
- quæ in Venas crassas in collo ac inguinibus infliguntur vulnera, qualia. Vide, in Venam crassam vulneratus.
- Venas crassas circa ventrem varicosas habentes pueri epileptici, quid significant, Præd. ij. Sect. 1. v. 232.
- crassif.



crassissimas in scroto quando secundum in piteuita alba, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 55.  
 in circuitu capitis quando inurendum, de Af. Sect. 1. v. 28.  
 si in Venas defluxus fiat, quæ inducat, de Morb. Sacr. v. 162.  
 Venas eminentes qui habeant, de Morb. Popul. vj. Sect. 4. v. 43.  
 Venas esse in maxilla, quæ huic ossi soli ex inferno ventre alimentum præbent. Vide Maxillæ Venas.  
 per Venas fluxiones de capite quo fiant, de Glandul. v. 90.  
 ubi per Venas hæmatitidas, sive sanguinarias bilis ad cerebrum impetum fecerit, quid accidat, de Morb. Sacr. versic. 311. Epist. 19. v. 10.  
 per Venas humorem qualem trahant fontes de ventriculo, de Morb. iv. Sect. 1. versic. 28. 67.  
 Venas infernas quando secundum, de Morb. Popularib. ij. Section. 5. versicul. 12. 23.  
 per Venas jugulares aer transiens, spinam per os epilepticis quomodo expellat, de Flat. versic. 222.  
 cum ad Venas jugulares influxerit fluxio de capite, angina quando fiat, de V. R. A. Sect. 4. v. 61.  
 Venas laxiores reddi ab austris, de Morb. Sacr. v. 285.  
 propter Venas lingua quando livescat, rotunda fiat ac reflexa, de Vict. Rat. in Morb. Acur. Sect. 4. v. 65.  
 Venas sub lingua quando secundum in angina, ibid. v. 71.  
 in morbo regio, de Morb. ij. Sect. 2. versic. 143.  
 Venas in malleolis secare quando oporteat, si prægnans parere non possit, & sanguinem quantum detrahendum, de Morb. Mul. j. Sect. 3. v. 494.  
 in manibus quando pertundendum, erysipelato pulmone, de Morb. ij. Section. 3. versicul. 122.  
 Venas multas an glandulæ habeant, de Glandul. v. 4.  
 Venas in naso & sub oculis dolere. Vide, in Naso.  
 cum ad Venas in oculis pervenerit pituita, excutire homines, de Morb. ij. Section. 1. v. 6.  
 ad Venas potum quando distribuat splen, ibid. iv. Sect. 2. v. 317.  
 Venas pulsare & palpitare. Vide Venarum pulsus.  
 cum ad Venas recti intestini bilis aut pituita decubuerit. Vide, cum Bilis.  
 Venas rumpit valde frigidum, seu aqua frigida, de Morb. Popularib. vj. Section. 3. versicul. 18.  
 Venas in scroto crassissimas. Vide Venas crassissimas.  
 Venas tenues & modici sanguinis quæ animalia habeant, de Diet. ij. v. 177.  
 si Venas de ventriculo ad vesicam tendentes amplas ac attrahentes puer habuerit, quid sequatur, de Morb. iv. Section. 2. versicul. 229.  
 Venas urere quando, ubi, ac quomodo oporteat in podagra, & ratione oculorum, de Affect. Sect. 2. v. 52. de Visu, v. 5.

Pinj Index.

Venis afflictis qualia fiant membra, de Morb. Sacr. v. 204.  
 Venis calidum plurimum a corde inesse, de Carnib. v. 71.  
 qui a Venis cavis sanguis fuit per uteros, qualis sit, de Morb. Mul. ij. Sect. 1. v. 106.  
 a Venis cavis tabescere quando contingat, & cur, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 253.  
 quando Venis impleatur corpus, de Morb. ij. Sect. 3. v. 142.  
 Venis impletis quid fiat. Vide Venæ quando superimpleantur.  
 a Venis oriens morbus. Vide, quicunque morbus a Venis.  
 Venis percalefactis, quæ sequantur, de Morb. j. Sect. 2. v. 154.  
 cum Venis principalibus, seu grandioribus, os quale communionem habeat, de Fract. Sect. 2. v. 60.  
 Venenum nulli propinaturum, neque consilium ad hanc rem daturum, jurat Hippocrates. Jusjur. v. 14.  
 Venerandus medicus qualis sit, de Medic. versic. 13.  
 a Venere abstinentie muliere, quæ accidant, de Morb. Mul. j. Sect. 1. v. 53.  
 a Venere abstinere quando oporteat, in ætate, de Diet. iij. v. 90.  
 in capitis dolore ex repletionem, ibidem, versic. 191.  
 carne circa costas contusa, de Art. Sect. 3. v. 272.  
 in morbo nigro, de Morb. ij. Sect. 3. v. 367.  
 renali, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 396. splenico, ibid. Sect. 2. v. 323.  
 in pleuritide, de Morb. iij. v. 317.  
 in pneumone, sive pulmonia, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 100.  
 in tæbe, de Morb. ij. Sect. 3. versicul. 8. 34. 52.  
 ex Venere calefactus multo tempore adolescens, quid passus, de Morb. Pop. iij. Sect. 3. v. 343.  
 febris quem corripuerit, ibid. v. 263.  
 a Venere morbus renum qualis & quando fiat, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 381.  
 Venere rarius quibus utendum, de Diet. j. versic. 495.  
 a Venere resicari medullam spinalem, de Intern. Affect. Sect. 1. v. 317.  
 cum Venere usus esset Timocharus, quid passus, de Morb. Popular. v. versic. 392. vj. Sect. 2. v. 215.  
 si Venere usus fuerit intempestive, quid patiatur hepar in morbo hepatico, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 236.  
 Venere utentibus quibusdam, quid accidat, de Morb. Pop. vj. Sect. 3. v. 15. 42.  
 ubi Venere uteretur quæ fortiter circuncircu doret, alias sine dolore esset, ibid. v. v. 192.  
 cum Venere uti inceperint, sanguis e naribus quibus erumpat, ibid. vj. Sect. 3. v. 41.  
 Venere uti pauca, seu aliquo modo quem oporteat, de Diet. iij. v. 79. 298. 371.  
 ubi Venere utitur, qui levior statim esse sibi videatur, postea magis gravetur, ibid. v. 183.  
 Venerem venæ quando magis inducant, de Nat. Puer. v. 267.  
 Veneri deditos tabes qualis corripit, de Morb. ij. Sect. 3. v. 36.  
 a Veneris usu cur imbecilles reddamur, de Gen. v. 4.

G g 2 ante



ante Veneris usum puer an laboret podagra. Aphor. Sect. 6. v. 35.  
 Veneria mediocritia debere esse, de Morb. Popul. vj. Sect. 6. v. 6.  
 Veneria somnia. Vide Somnia.  
 si ex Veneris rebus fiant quædam, veratrum an dandum, de V. R. A. Sect. 4. versicul. 309.  
 Veneris uti quando debeamus, vel ab his abstinere, de Homin. Struct. vers. 98. 101. 104. 107. 110. 113.  
 Veneriorum operum abstinere jurat Hippocrates. Jusur. v. 20.  
 Venter alimenti, & humidi & sicci principium, de Alim. v. 70.  
 Venter aliquando perturbetur, aliquando fistatur, aliquando pro ratione secedat, de Affect. Sect. 2. v. 284.  
 si Venter aqua impleatur mulieri, quando nulla spes salutis, vel modica sit, de Morb. Mul. j. Sect. 3. v. 74.  
 Venter aqua, quando impleatur in hydrope, de Affect. Sect. 1. v. 239.  
 & quando perhumescat, & magnus fiat, & lateræ speciem præferat, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 164.  
 quibus impleatur, & moriantur. Aph. Sect. 7. v. 66.  
 Venter ab aquis qualibus astringatur magis, quam eliquetur, de Aer. & Loc. Sect. 1. v. 176.  
 quando Venter ardeat, & magnus fiat, si inflammatus fuerint uteri, de Morb. Mul. j. Sect. 2. v. 422.  
 cui Venter arderet velut in vulvulis, de Morb. Pop. vij. Sect. 1. v. 353.  
 quando Venter attollatur de repente, & ardeat, ac dirumpi videatur, ex melle cocto, de Intern. Affect. Sect. 3. v. 86.  
 attollatur & durus fiat, & ad contactum doleat, in fluxu muliebri, de Morb. Mul. ij. Sect. 1. v. 283.  
 attollatur & inflatur, si inflati fuerint uteri, de Nat. Mul. Sect. 2. v. 349. de Morb. Mul. ij. Sect. 2. v. 220.  
 attollatur, & magnus fiat, si mulier aqua intercutere laboravit, de Morb. Mul. j. Sect. 3. v. 62.  
 attollatur mulieri ex mensibus, aut puerperis, ibid. Sect. 1. v. 78. 304. Sect. 2. vers. 178. Sect. 3. v. 62.  
 si Venter calefiat, seu inflammatus sit, quando clysterem adhibendum mulieri, de Natur. Mul. Sect. 1. v. 284. de Morb. Mul. j. Sect. 2. vers. 437.  
 quando Venter calefiat in pleuritide, de Morb. ij. Sect. 2. v. 245.  
 Venter per caliditatem carnes quibus attrahat, & dolorem exhibeat, ac exulceretur, de Diet. ij. v. 302.  
 Venter calidus, de Loc. Homin. Sect. 2. versic. 287.  
 Venter capiti morbum quando faciat, & e contra, ibid. Sect. 1. v. 10.  
 quando Venter cibum aversetur, & quandoque valde astringatur, & defluat, morbo ex aqua oborto, de Morb. iv. Sect. 2. v. 326.  
 quibus Venter cibum concoquit, carnes autem non suscipiunt, quid sequatur, de Diet. ij. v. 198.  
 quando Venter cibum omnino non contineat, si ve non attrahat, uteris inflammatis, de Morb. Mul. ij. Sect. 2. v. 421.

si Venter combustus fuerit in morbo hepatico, quem clysterem adhibendum, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 240.  
 concludatur, aut magnus fiat prægnanti, quando puer corrumpatur, de Morb. Mulier. j. Sect. 2. v. 57.  
 quando Venter constringatur, seu coarctetur, si purgatio modica puerperæ prodierit, aut sursum processerit, ibid. v. 197. 319.  
 Venter consueto modo quando non secedat mulieri, mensibus non bene fientibus, ibid. Sect. 1. v. 70.  
 ad contactum crassus in pituita qualis sit, de Morb. ij. Sect. 3. v. 325.  
 cui mulieri supprimatur ac attollatur, de Morbis Mul. j. Sect. 1. v. 304.  
 curari quomodo oporteat in febre ardente, de Affect. Sect. 1. v. 109.  
 durus, & major quam prius quando sit mulieri, de Morb. Mul. j. Sect. 1. v. 64.  
 Venter durus quando sit in fluxu muliebri, & ad contactum doleat, ibidem, ij. Section. 1. v. 59.  
 ac magnus, si secunda muliebri relicta fuerit, ibid. j. Sect. 1. v. 383.  
 in morbo livido, de Morb. ij. Sect. 3. v. 286.  
 in vulvulo, & nihil fecernat, ibid. ij. v. 167.  
 de Affect. Sect. 1. v. 223.  
 si uteri inflammati sint, vel aliquando mollis, & inflatur ac magnus sit, seu incendatur & attollatur, de Natur. Muliebri. Sect. 1. vers. 137. de Morb. Mulier. ij. Sect. 2. vers. 389. 409.  
 Venter durus quando subeat in splenis morbo, de Intern. Affect. Sect. 2. v. 313.  
 si Venter non egerat in angina, quid agendum, de Morb. ij. Sect. 2. v. 34.  
 quibus Venter non egerat nisi dura in aqua intercutere. Vide Alvus dura.  
 ut Venter egerat quotidie, & id quod egerit sit durum, copia pro ratione ciborum angustorum, tabescenti oportere. Præd. ij. Sect. 1. v. 181.  
